

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermones**

**Augustinus, Aurelius**

**[Basel], 1494-95**

Sermones XXI-XL

[urn:nbn:de:bsz:31-306774](#)

# Ser. XXI. De S. Johāne baptista Ser. II

re supplicij: voluntariū bellū indicit passio  
nib⁹: t̄ vim facit pristinio suis desiderijs: et  
violentē fieri potest: vt de abundantia  
et deliciis ad famē et sitim: ad abstinentiā et  
erucē trāscat: vt somno pri⁹ atq; ocio amicā  
carnē cōtritione vigilijsq; cōficiat. Non in  
quā sine violētia fieri pōt: vt vnuſquisq; ira  
cūdā patiētia: supbiā humilitate cōmuter:  
amore paupertatis diuitiarū ac sufficiētis af  
fluentiā superer: vinolētia sobrietate: luxu  
riā castitate cōdemnet: et homo subito in vi  
tū transformet pfectū: et quodāmodo alter  
reddas ex altero: ac sic a talib⁹ p̄ violētis re  
gnū cēlestē dirip̄. Duo aut̄ sūt abstinentiē  
et crucis genera: vnu corpore: aliud spirita  
le. Unū a potu atq; epulis tēperare appeti  
tū gule: a delectationib⁹: et mollissimis sua  
uitribus coercere: ab his q̄ p tactū et gustū  
visūq; decipiūt sensū viriliē reuocare: ac vi  
olēter abstrahere. Alterū abstinentiē: et cruci  
gen⁹ est p̄ciosus atq; sublimius: mor⁹ anti  
mi regere: et perturbationes illi⁹ modestiē trā  
quillitate placare: ire ac supbiē impetus q̄  
si ferā bestiā refrenare: litigare quotidie cō  
tra vitia sua: increpare se quadā censura au  
steritatis et virtutis: et rixā quodāmodo cū  
hoīe interiore cōserere. Preciosa in p̄spectu  
dei et gloriōsa crux: cogitationes malas in  
potestate redigere: voluntates p̄prias ab  
negare: easq; interiori examinatiōe discu  
tere: et regētis imperio subiugare. A sermo  
ne atq; opere quo anima ledit tāq; a cibis  
noxijs abstinere: et sensum ab his q̄ ſtria ſur  
spiritali tēperantia sobriū custodire. Hęc q̄  
facit: frupto paſſiōis muro: violēter ad ce  
lorū regna conſēdit. Vñ itaq; ſibi factu  
ra est anima: vt palmā laborū quā ſibi ſub  
trahi multis inimic⁹ aduersantib⁹ ſentit: vi  
rib⁹ cōtēdat eripere. Necesse ḡ eſt cū ſūmo  
laborē ex hoc mūdo rapere palmā ſalutis: et  
quasi excūbantib⁹ et circūiectis hostib⁹ ob  
fessos puigili intentione fruct⁹ decerpere: et  
p̄dam a theſauro vite velut de medio abre  
ptā ſeculi hui⁹ incēdio reportare. Eſt et ali  
ud direptionis gen⁹: qñi alijs p̄missa et obla  
ta diripim⁹. Saluator ad hoc vel maxime  
ſucepta incarnatione descēderat: vt iudeo  
rū populū iuſtificaret: ſicut ipſe in euāgelio  
loquit̄: Nō ſum inquit miſſus niſi ad oues  
que perierūt domus iſrael. Sed et dīſcipuli  
ita incredulā synagoge plebē coarguebāt:

Tobis inquiunt prius oportuerat verbum *Act. 15.*  
dei loqui: q̄r vos indignos iudicauit ęter  
ne vitę: ecce cōuertimur ad gētes. Ergo cū  
iudei munera ſibi parata responderent: publi  
cani et peccatores ex gētib⁹ crediderūt: ac ſic  
rapit ecclesia synagogę regnū. Regnū eīm  
noſtrū christus eſt. Rapim⁹ itaq; eū: cū a iu  
deis occidit: ſepelit a nobis. Rapim⁹ itaq;  
eū illis dormiētib⁹: ſicut ip̄i ſeuāgeliō p̄fitē  
tur. Dicte inquit q̄r dīſcipuli eius nocte ve *Matt. 28.*  
nerūt: et furati ſunt eū nobis dormiētibus.  
Surgat ergo qui dormit: ne forte christū p  
negligentiā resolut⁹ amittat: dum mēs ei⁹  
in infidelitate et in corpore dormitat. Rapi  
itaq; regnū celorū: dū negat a domesticis:  
et a gentib⁹ adorat. Rapi cū alijs ad ſalutē  
mittit: ab alijs iuuenit. Cū ei ſui eū recuſat:  
ſuſcipiūt alieni. Inſectan̄ p̄pri: cōplectun  
tur inimici. Quādo hereditatē ciuiſ ſuſcipi  
t: peregrinus inuadit: filius repudiāt: ſer  
uus recognoscit. Adhuc et alio ordī: regnū  
celorū vim patit: quādo illud hoīes acqui  
rūt qđ angeli p̄diderūt: quādo illuc adop  
tati humiles ascēdūt: vnde ſupbi incole c̄  
ciderunt. Ergo cū inter tantos inuidos: in  
ter tantos latrones et inuifibiles inſidiato  
res viuam⁹: qb⁹ tādē virib⁹ celoz regna ca  
piem⁹. Quis inquā niſi obediēdo doctori  
b⁹: et vitijs et inuſticijs ex cupiditate naſcē  
tib⁹ reſiſtēdo: deſtēdo peccata et ea ieuuijs  
atq; elemosynis redimendo?

In eodem festo: Sermo II Ser. XXI.

Atalē sancti iohānis fratres charis A  
nimi bodie celebram⁹: qđ nullivnq;  
sanctorū legimus fuſſe cōceſſum.  
Soliū eīm dñi et beati iohānis dies natiūi *Luc. 1.*  
tatis in vniuerso mūdo celebraſ et colif. Il  
lū eīm ſterilis peperit: illū virgo cōcepit. In  
belisabet ſterilitas vincitur: in beata maria  
cōceptionis consuetudo mutat. Belisabet  
virū cognoscendo filū genuit: maria ange  
lo credidit et pcepit. Hominē cōcepit belis  
beth: oīem et maria. Sed belisabet ſolum  
hominē: maria deū et hominē. Quid ſibi ḡ  
vult iohānes? Unde interpoſit⁹: vnde pre  
miſſus? Maḡ iḡ iohannes: cui⁹ magni  
tudini etiā ſaluator testimonium p̄hibet di  
cēs: Nō ſurrexit inter natos mulierū maior *Matt. 11.*  
iohāne baptista. Preceſſit ceteros: eminet  
vniuersis. Antecellit p̄phetas: ſuggredit  
patriarchas: et quisq; de muliere natus eſt

## Ser. XXII. De S. Johāne baptista Ser. III

Binferior est iohanne. Dicit fortasse aliquis.  
 Si inter natos mulierū iohānes maior est:  
 maior est salvatore. Absit. Iohānes enim na-  
 tus mulieris: christus aut̄ virginis nat⁹ est.  
 Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est:  
 iste impollut⁹ virginis flore p̄genit⁹. Ideo  
 aut̄ oī iohānis nativitate dñi generatio de-  
 putat: ne dñs extra veritatem videas cōditio-  
 nis humanae si cōpare hominib⁹. Iohā-  
 nes p̄missus est ante dñm. Tanta in illo ex-  
 cellentia erat: tanta gratia ut ipse putatus  
 Job. 10. sit christ⁹. Quid ḡ dixit de christo? Mos oēs  
 de plenitudine ei⁹ accepim⁹. Quid ḡ nos?  
 Omnes p̄phet̄: patriarch̄: apostoli quo-  
 quot sancti: et ante incarnationē p̄missi: vel  
 ab incarnato missi: omnes nos de plenitu-  
 dine ei⁹ accepim⁹. Mos yasa sum⁹: ille fons  
 est. Si ergo intelligim⁹ mysterium fratres  
 mei: iohannes homo est: christus deus est.  
 Humilis homo ut exalteſ de⁹: scđm illud  
 Job. 5. qd̄ d̄ domino ipse iohānes dixit: Illū opor-  
 ter crescere: me autē minui. Ut humiliaret  
 homo: hodie natus est iohannes: quo incipiūt  
 decrescere dies. Ut exaltetur deus eo  
 die natus est christus: quo incipiūt crescere  
 dies. Ab agnū sacramentū fratres charissi-  
 mi. Ideo celebramus natalem iohannis su-  
 cut et christi: qz et ipsa nativitas plena ē my-  
 sterio. Quo mysterio nisi humilitatis nře:  
 sicut nativitas christi plena est mysterio al-  
 titudinis nostrę? Ergo in hoīe minuamur  
 ut in deo crescam⁹. In nobis humiliemur:  
 ut in illo exaltemur. Humilis hūana p̄sum  
 p̄to: ut crescat diuina miseration. Nā huius  
 rei sacramentū etiā in passionibus amboꝝ  
 Matth. 14. impletū est. Ut minuaf homo: caput iohā-  
 Matth. 27. nis abscidif: ut exalteſ de⁹: christus i ligno  
 Dicitur suspendif. Quare aut̄ beatū iohānē dñs  
 et salvator noster lucernā esse dixerit: et qua-  
 re eū mitti ante se voluerit: breuiter si iube-  
 tis charitatis vestre aurib⁹ intimabo. Pr̄e-  
 missus est em̄ velut vox ante verbum: lucer-  
 na ante solem: p̄co ante iudicem: seruus an-  
 te dominū: amicus ante sponsum. Et quia  
 vniuersum mundū peccatorū tenebri et nox  
 infidelitatis oppresserāt: et solē instic̄ aspi-  
 cere nō valebant: beat⁹ iohannes quasi lu-  
 cerna p̄mittit: ut cordis oculi qui lippitudi-  
 ne iniqtatis oppressi fuerāt: magnū et verū  
 lumen viderenō poterant: ad lumen lucer-  
 nę primū quasi tenuem splendorē videre cō-  
 fuescerent: ut paulatim peccatorum nubilo

remoto: et infidelitatis humore digesto: ad-  
 ueniente christo ab illo celesti lumine letifi-  
 cari possent potius q̄ retorqueri. Sicut enī  
 lippientes oculos ad videndū puocas: si  
 exiguū splendorē lucernę ostenderis: et am-  
 plius crucias si lumē magnū ingesseris: ita  
 domin⁹ et salvator noster qui est lumen ve-  
 rū: nisi prius beatū iohannē velut lucernā  
 p̄mitteret: claritatē ei⁹ totus mundus susti-  
 nere non posset. Loquaſ iohannes et dicat: E  
 Ego vox clamantis in deserto. Vox erat: Wauſ,  
 qz verbi dei spiritu replebat. Sicut sermo  
 vocis quodammodo ministerio ac vehicu-  
 lo ad audientē a loquente trāsmittit: ita io-  
 bannes christū sonās verbi erat minister et  
 portitor. Sāct⁹ inquā iohānes typū i sele-  
 git q̄ christū longe p̄ signa et indicia mōstra-  
 bat ostēdit: et ideo misit ad christū duos de Wauſ  
 discipulis suis. Iſti duo discipuli a iohāne  
 ad christū missi: forte duo populi sunt: quo  
 rū vnuſ et iudeis credidit: alter ex genib⁹.  
 Iohānes dirigit ad christum: lex mittit ad  
 gratiā: et per euāgeliū fidē veterē desiderat  
 astrui veritatē. Mos ergo fratres dilectissi-  
 mi ut tam sanctā festiuitatē nō solū corpo-  
 rali ſz etiā spirituali cū gaudio celebrare pos-  
 simus: scđm vires nostras ad dādas elemo-  
 synas et ad tenēdā cū omnib⁹ pacē nostros  
 animos p̄parem⁹: et ab omni scurrilitate vel  
 turpiloquio nō solū nos metipſos: sed et om-  
 nē familiā nostrā: et vniuersos ad nos p̄tinē  
 bibere totis virib⁹ laborem⁹: nec p̄mittam⁹  
 solennitatē sanctā cātica luxuriosa p̄ferēdo  
 polluere. Tūc em̄ p̄ nobis sanct⁹ iohānes  
 quicqđ petierim⁹ poterit obtinere: si nos fe-  
 stiuitatē ſuā pacificos: sobrios: castos: abſ-  
 q̄ villo turpiloquio cognouerit celebrare.  
 Hęc ergo fratres charissimi p̄ paterna ſollī  
 citudine ſuggero: nā deo p̄petuo ita de vñā  
 deuotioē cōfido: q̄ nō ſolū vniuersos ſz etiā  
 oēs q̄ ad vos p̄tinēt cū omni honestate ca-  
 ſtos sobrios: conseruetis. Unde deo grās  
 agens supplico: ut q̄ vobis dedit ea q̄ ſcī  
 ſunt fideliter incipere: cedat vobis felicē p̄  
 ſeueratiā custodiāre: q̄ cū patre et ſpiritu ſan-  
 cro viuit et regnat.

In eodem festo: Sermo III Sc.XXII  
 Trū de terra eligere q̄ nouerūt: vbi A  
 a diuitē ſenſerūt vñā: ibi quicqđ art  
 est: quicqđ laboris impendunt. Et

# Ser. XXIII. De S. Johāne baptista Ser. III

**Luc. i.** nos fratres qz in sancto zacharia celestē vi-  
dim⁹ latere thesaurū: in ipo totū qd sermo-  
nis est nostri: qd vestri audit⁹ est occupam⁹  
quaten⁹ cōmune lucru sit: qd fuerit cōmuni-  
laborē acq̄situ. Fuit inquit i dieb⁹ herodis  
regis iudeg⁹ sacerdos quidā noīe zacharias  
et vpor ei de filiab⁹ aaron: et nomē ei⁹ helisa-  
bet. Et erat inquit ambo iusti ante deū: in-  
cedentes in oībus mādatis et iustificationi-  
bus dñi sine querela. Beati igis fratres qz  
in seculo isto aliq⁹ culpa nō pcutit: nullū vul-  
nerat crimen. Beati plane isti qz vlla non  
potuit aliq⁹ tangere querela. Incedētes in  
quit in oībus mādatis et iustificationib⁹ do-  
mini sine qrela. Si pueritia: si adolescētia:  
si iuuent⁹ eoꝝ extit sine qrela vbi tñ maxi-  
me solet esse querela: qualis esse potuit eo-  
rū senectus? Si tale fuit initiu: qualis esse

B potuit finis? Et nō erat inquit illis fili⁹: eo  
q eēt helisabet sterilis. Nō dixit: nō erat il-  
lis fili⁹: sed nō erat illis fili⁹: qz singularis fu-  
tur⁹ erat: q erat de talib⁹ nasciturus. Audi-

**Matth. ii.** dñm dicētē: Nō est maior inter natos mul-  
erū iohanne baptista. Eo q esset helisabet  
sterilis. Erat quidē sterilis corpore: sed fe-  
cūda virtutib⁹. Larda soboli: sed nō tarda  
deo. Nō germine clausa sed tpe: nō negata  
pignorib⁹: f seruata mysterio. Fratres heli-  
sabet sctē part⁹ nō ablat⁹ ē: f dilat⁹: donec  
trāsiret tps carnis: passio corporis: cōiugij ne-  
cessitas: voluptat⁹ causa: cupiditat⁹ fēsus:  
et totū qd hūanū confundit: grauat: onerat  
cōsciētā. Abūdaba ēm lōgo tpe sacrificij  
dom⁹: sc̄titat⁹ hospitiū metat⁹ metatoris  
christi: angeli domiciliū: aula spūssacti: dei

**I. Cor. 3.** tēplū. Dei tēplū estis inquit aplus et spūs  
dei habitat in yobis. Deniq⁹ vbi tota cor-  
poris sedata ē qrela: et i toto facti sūt sine q-  
rela: vox sterilitat⁹ fugit: reuiuiscit senect⁹:  
fides cōcipit: parit castitas: nascitur maior  
hōse: par angelis: tuba celi: pco christi: arca  
nū patriis: fili⁹ nūci⁹: signifer lugni regl: pec-  
catorū venia: iudiciorū correctio: vocatio gē-  
tiū: et vt pprie dicā legis et gratiē fibula que-  
diplodē summi sacerdotis sancto patri iū-  
rebat in corpe. Euangelista ḡ virtutes p̄fis  
ratrisq⁹ describit: vt generatiū meritis di-  
nitias germinis nosceret: et pbaref maior  
loſe q ortu suo excedebat leges nativitat⁹  
humane. Sed si pcessurus est iā nāscat io-  
hnnes: qz instat nativitas christi. Surgat  
obis lucifer qz iubar veri solis erumpit: et  
vciferef pco qz adest iudex. Et qz pcessu-

rus est deus: angelus pcedat. Uerū qz qd  
supra hoīem ē: homo referre nō sufficit: vir-  
tutē nascētis angelii: angelus iā loquaſ. **Di** **Luc. i.**  
xit inquit angelus ad zachariā: Ne timue-  
ris zacharia: exaudita ē em obsecratio tua:  
et helisabet vpor tua pariet tibi filiū: et vo-  
cabis nomē ei⁹ iohānem: et erit gaudiū ti-  
bi et exultatio: et multi in nativitate ei⁹ gau-  
būt. Erit em magn⁹ corā dñi: Ulinū et sice-  
rā nō biber: et spiritus sancto replebit adhuc  
ex vtero matris sue: et multos filiorū israel  
cōuerteret ad dñm deū ipsorū. Et ipse pcedet  
ante illū in spiritu et vture heliē conuertere  
corda patrū in filios: et incredulos ad pru-  
dētā iustorū: parare dñio plebē pfectā. **Ga.** **D**  
cat hic fratres magn⁹ sermo: silet pdicatio  
tractatoris. Quādo euāgelico pconio iohā-  
nis gloria pdcatur: virt⁹ insonuit: laus col-  
laudat: nec est qd illi iā adiūciat homo cui  
de⁹ cōtulit totū. Spiritu inquit sancto re-  
plebit adhuc ex vtero matris sue. Tidetis  
fratres quēadmodum iohānes ante puenit  
ad celū q̄ tāgeret terram. Ante accepit di-  
uinū spiritū q̄ humānū. Ante suscepit diui-  
na numera q̄ humāna corporis mēbra. Ante  
cepit viuere deo q̄ sibi. Immo ante vixit il-  
le dñi q̄ deus viueret illi: iuxta illud apli:  
Jam nō ego viuo: sed viuit in me christus. **Gal. 2.**

Sexto inquit mense: suę matris exultat in  
vtero: et in vtero viginis venisse nūciat chri-  
stū. Heruens nūcius: qui ante gestiuit nun-  
ciare q̄ viuere. Impatiēs dux qui ante q̄ p-  
ueniret ad corp⁹ puenit ad regē. Ante rapu-  
it arma q̄ membra. Ante aciē petit q̄ luce.  
Et vt vinceret mūdū: vicit ante naturā. Ip-  
se em sine viscerib⁹ viscerā m̄fis exuscitat:  
et qz tardabat corp⁹: solo spiritu implet euā-  
gelizātis officiū. Quid dīcā fratres: iohā-  
nes ante q̄ christū pcederet seipm pcessit.  
Patriis: matris: fili⁹ corda vnuſ atq̄ idē im-  
plet spiritus sanctus: vt vno sanctitatis or-  
gano resonet nativitatis osiç cātilena.

In eodem festo: Sermo III Ser. XXIII.

Bei hodiernē solēnitas: solēnē desi **A**  
derat tāta expectatiō sermonem.  
Ergo adiuuāte dñi: ministrabim⁹  
vobis qd dederit: recolentes et aio tenētes  
nostri officiū seruitutē: vt loquamur nō tā-  
q̄ magistri: sed tāq̄ ministri: nō discipulis  
sed cōdiscipulis: qz nec seruit sed cōseruis.  
Ab agister aut vñ nobis: cui⁹ schola in ter-  
ra ē: et cathedra i celo. Lui⁹ pcursor iohānes  
est nat⁹: cui⁹ nativitat⁹ dies hodiern⁹ tradi-

## Sancti

ter: hodie celebrat. Hoc maiorum traditione suscepimus: sed posteros imitanda deuotione transmittimus. Iohannes non euangelista: sed baptistae natalis hodie celebramus. Quia prima reposita: occurrit quod istio non preterea: quare natalis quod est natus ex utero iohannes potius celebramus: quod cuiuslibet apostoli vel martyris vel prophetae vel patriarche. Si interrogemur: quid rite bim? Quattuor mihi video: quatuor meatus virium mediocritati occurrit: et cetera haec. Discipuli dominini nati sunt: et per etiam accessum ad annos capaciores producti: in discipulatum assupiti sunt. Illorum postea fides domino adhesit: sed nullus illorum nativitas domino militavit. Recordemur et proprias: recolamur patriarchas: nati sunt homines: etiam accessu pleni sparsi: christum prophetauerunt. Nam sunt ut postea prophebarent: Iohannes autem dominum christum ipsum nativitas prophetauit: quem conceptum ex utero salutauit. Ista ut potuimus soluta questione: altera agrediamur: propter quod dederit dominus. Occurrit enim alia questione aliquanto ut mihi video obscurior: et ad perscrutandum laboriosior: in qua me multum adiuuabit vera intentio: et per mea exiguitate ad dominum deprecatio: Iohannes iste taliter excellens gratia: ut quemadmodum dictum est: dum etiam ex utero salutaret: non dum loquendo: sed exultando: cuius gratia in deo iam tunc erat aperta: quoniam enim caro in carne erat exclusa. Hic iohannes non inueniens inter discipulos dominum: sed inueniens potius discipulos habuisse cum domino. Quid est hoc? Quis est iste homo? Homo tamen. Quis homo taliter? qualem tamen hominem? Tamen non se quebat inter discipulos dominum: et sequentes eum discipuli. Absit ut dicam: sed tamquam nisi extra dominum. Discipulos habebat christus: discipulos habebat iohannes. Docebat christus: docebat iohannes. Quid iam dicam? Baptizabat iohannes: baptizabat christus. Propter hic de baptismis dico: a iohanne baptizatus est christus. Ubi sunt qui de ministerio baptismi: arrogatia tumidae animositatibus inflati? Ubi sunt voces caritatis humilitate: elatae superbia: ego baptizo: ego baptizo? Quid dixisse: si christum baptizare meruissest? Ad magna iam quod tu aduerteris sanctitas vera: apparere et eminere ceterum: quod fuerat christus a pate promittendus: iohannes a patre promittendus. Prior missus est iohannes: sicut ab obsequentiis antecepit iudex. Posterior homo creatus est christus: sed iohannes creauit deus christus. Erat igitur iohannes homo perfectus quod est: et cuius taliter gratia comedenda est: Matth. ii. ut ipse de illo domino diceret: In natu mulierum

## Augustini

nemo exurrexit maior iohanne baptista. Ille ergo tam magnus: agnoscit dominum in parvo magnum: agnoscit hominem cum veneratur deum. Si enim in natu mulierum: homo in hominibus nemo exurrexit maior iohanne baptista: quisquis iohanne apostolus est: non tamen homo sed deus est. Debuit igitur tatus iste et discipulos proprios habere: et cum discipulis suis magistrum oim christum cognoscere. Quod enim est maius testimonium veritatis: quod se humiliando cum agnoscere: cui emulando potuit inuidere? Putari christus potuit et noluit: existimari christus potuit et noluit. Dixerunt homines cum fallerentur in eo: Num forte homo est christus? Lucas. iii. Respondit ille quod non erat: ut maneret quod erat. Inde quippe ad aliam lapsus prodidit quod erat: quod non erat usurpauit. Recolebat homo iste magnus: sed in parvo christo minimus. Horerat homo: recolebat homo et tenebat: quod recipiebat cogitabat. Homo igitur ut dixi magnus iohannes: cui dominus tale probabuit testimoniū: quem sic vita comedauit ut diceret: In Matth. ii. natu mulierum non exurrexit maior iohanne baptista: potuit credi christus: immo iam ab eis quod ei magnitudinis gratia fallebat credebant christus: et in illo morerentur nisi ab illo corrigerentur. Redit igitur putatibus et ait: Non sum homo: sed Christus: Tamen diceret: Lerte in honorem meum ita fallimini: et certe mihi homo putando magnam additis laudem: sed debebo cognoscere: ut non erat fallaciter putare: ab alio quod erat veraciter amputare. Premissus est ergo iohannes: ut dominum humilem baptizaret. Baptizari enim dominus propter humilitatem voluit: non propter iniuriam. Dominus christus quem est baptizatus? Propter Christus dei filius unigenitus: quem est baptizatus? Inueni quem est natus: et inuenies quem est baptizatus. Ibi quippe inuenies humilitatem via quam pede superbum non capis. Quam nisi humili pede colcauerit: ad celistinum quem dicit puenire non poteris. Baptizatus est propter te: quod defecit propter te. Tunc qualem factum sit tantillum. Qui cum in forma dei esset: non rapina arbitrii: erat naturae equalitas filii cum patre. Iohannes si se christum putari vellet: illi rapina esset. Non ergo rapina arbitratus est equalis deo: Eram enim et sine rapina: erat coquens: ab eterno natus accipiens: homo formam bois. Qui cum in forma dei esset: non formam dei accepit: sed cum in forma dei esset: semetipm exinanivit. Suscepit quod non erat: ita ut non puderet quod erat. Adamus de

# Ser. XXIII. In vigilia S. Pe. et Pau. Ser. I

boiem assūpsit. Formā serui accepit & fact⁹  
 S deus homo: a quo factus ē homo. Gl̄ide ḡ  
 que malestas: q̄ potestas: que sublimitas:  
 que cū patre equalitas: Venit ppter nos  
 ad indu mentū formę: & intellige illā a ma-  
 gistro tātē humilitatē viā: qm̄ pl⁹ ē q̄ voluit  
 hō fieri ḡ & voluit ab hōe baptizari. Ba-  
 ptizat ḡ inq̄ iohānes christū: seruus dñm:  
 Job. 1. vox v̄bum. M̄ementote em̄: Ego sum vox  
 clamatis in deserto: & memētote: q̄ v̄bū ca-  
 ro factū ē: & habitauit s̄ nobis. Baptizat ḡ  
 inq̄ iohānes christū: seruus dñm: vox verbū:  
 Malachie. 4. creature creatorē: lucerna solē: s̄ solē q̄ fe-  
 cit h̄sic solē: solē de q̄ dictū ē. Or⁹ ē m̄ibi sol  
 iusticię: & sanitas i pennis ei⁹. De q̄ imp̄ se  
 Sap. 5. ro penitētes: s̄ fūe dicturi sūt: Quid nobis  
 pfuit supbia: aut qd diuītarii factātia con-  
 tulit nobis? Errāserūt illa oia tāq̄ vmbra:  
 & cū vmbrib⁹ q̄ secuti sūt vmbras. Ergo inq-  
 unt: Errāim⁹ a via veritatis: & iusticię lu-  
 mē nō luxit nobis: & sol iellegētē nō ē or⁹  
 nob. Illis nō ē or⁹ christ⁹: a qb⁹ nō est agn̄  
 ius christ⁹. Sol ille iusticię: sine nube: sine  
 nocte. Ipse nō ouī malis: non ouī imp̄is:  
 Matt. 5. nō ouī infidelib⁹. Hā solē istū de celo corpo-  
 reum: q̄tidie facit ouī sup bonos & malos.  
 Baptizauit ḡ vt dixi creature creatorē: lu-  
 cerna solē: & nō se extulit baptizator: s̄ sub-  
 didit baptizando.

Luc. 1. Itē in eodē festo: Homelia de eo  
 qđ sc̄ptū ē i euāgelio fm̄ Lucā: He-  
 lisabet impletu e repus pariēdi &c.  
 q̄ habet de questionib⁹ euāgelior⁹  
 lib. j.ca. ij. Et lib. ij.ca. j.

De sanctis: petro et paulo aplis.

In vigilia Petri et pauli aposto-  
 lorū: de eo qđ sc̄ptū ē i euāgelio  
 fm̄ iohāne: Simon iohānis dili-  
 gis me plus his: Sermo I

A Postolū petrū p̄mū oīm aploꝝ me  
 ministis i dñi passione fuisse turba-  
 tum. Fuit em̄ prius audax p̄csum-  
 ptor: & postea fact⁹ ē timidus negator. Pro-  
 miserat se p̄ dñi moritur⁹: cum prius p̄ illo  
 Matt. 26. eēt dñs moritur⁹. Qū ḡ dicebat: Tecū pa-  
 Job. 13. rat sū v̄sq̄ ad mortē ire: Et asam meā p̄ me  
 ponā: R̄udit ei dñs: Nam tuā p̄ te pones.  
 Amē dico tibi p̄usq̄ gallus cātet ter me ne  
 gabis. Venitū ē ad horā. Et q̄ de⁹ erat chri-  
 ps. 115. st⁹: hō aūt petr⁹: Ipleta ē sc̄ptura: Ego dixi i

pauore meo: oīs hō mēdar. Dixit aut̄ apo-  
 stol⁹: Qū de⁹ verax: oīs aūt hō mēdar. Vle Ro. 3.  
 rax christ⁹: mēdar petr⁹: Abodo qdē itero. B  
 gat cū dñs: sic au dīl̄ cū euāgeliū legere:  
 & dicit ei: Simō iohānis diliḡ me pl⁹ his: Job. 21.  
 R̄udit ille & dixit: Dñe tu sc̄is quia amo te.  
 Et itex dñs h̄ interrogauit: & tertio h̄ interro-  
 gauit. Et respōdenti dilectionē: cōmēdauit  
 gregem. Per singula em̄ dicebat dñs petro  
 ielus dicenti: Amo te: pasce agnos meos:  
 pasce ouiculas meas. In uno petro figura/  
 baē vnitas oīm pastorū: s̄ bonorū q̄ sciant  
 oues chrusti pascere chris̄to nō sibi. Nunqđ  
 mō petr⁹ mēdar erat: aut amare se dñm mē  
 dicit r̄idebat: Cleracit h̄ r̄idebat: h̄ em̄ re-  
 spōdebat qđ in corde suo videbat. Qū aūt  
 dixerat: Alaim meā p̄ te ponā: de futurū vo-  
 luit p̄sumere virib⁹. Dis aūt hō q̄lis sit tūc  
 cū loquī forte scit: qualis crastino futurus  
 sit q̄s scit? Reuocabat ḡ oculos suos ad cor  
 suū petrus qđ interrogabat a dño: & fidēs  
 r̄idebat qđ sibi videbat: Etiā dñe: tu sc̄is  
 q̄ amo te: Qđ tibi dico: tu sc̄is. qđ hic vi-  
 deo in corde meo: vides & tu. Hō ausus ē tñ  
 dicere qđ dñs interrogauerat: Hō em̄ simpli-  
 citer dñs dixerat: Diligis me: s̄ addiderat:  
 Pl⁹ his diliḡ me: id est pl⁹ me diliḡ ḡ isti:  
 de alijs discipulis: ille nō potuit dicere nisi  
 amo te: nō ausus ē dicere plus his. Noluit  
 itex esse mēdar: Sufficeret ei testimonium  
 phibere cordi suo: nō debuit esse iudex cor-  
 dis alieni. Verax ḡ petrus: an verax in pe-  
 tro chrustus? Qū aūt voluit dñs ielus chri-  
 stus deseruit petrū & inuenit ē hō petrus:  
 quando aūt placuit dñs ielu chris̄to imple-  
 uit petrū: & inuenit⁹ est petr⁹ verax. Cleracē  
 petrū petra fecerat: Petra em̄ erat chris̄t⁹. 1. Cor. 10.  
 Et qđ ei nūciauit qđ tertio r̄udit amare se  
 chrustū: & tertio dñs petro suas ouiculas cō-  
 mēdauit: P̄enūciauit ei passionē suā. Lū  
 eēs inq̄ iunior: cīgebas te & ibas q̄ volebas:  
 cū aūt senuerit: extēdes man⁹ tuas & alter te  
 cīget & feret q̄ tu nō vis. Euāgelista nob̄ ex-  
 posuit qđ dixerat xps: Hoc aūt dicebat in-  
 quis significā q̄ morte clarificatur⁹ eēt dñs:  
 id est q̄ p̄ chris̄to fuerat crucifigēd⁹: hoc est  
 em̄ extēdes man⁹ tuas. Ubi ē ille negator?  
 Deinde post hec ait dñs ielus chris̄t⁹: Seq-  
 re me: Hō sic quō p̄us qđ vocavit discipu-  
 los. Hā & tūc dixit: Seqre me: s̄ tūc ad do-  
 ctrinā: mō ad coronā. Hūqđ nō qđ negauit  
 xpm̄ occidi timuit: hoc timuit pati qđ pass⁹  
 ē xps. Sz iā timere nō debuit. Gl̄idebat em̄

## Ser. XXV XXVI. De S. Pe. et Pau. Ser. I II

in carne viuētem quē viderat in ligno pen-  
dēt. Resurgēdo christ⁹ abstulit mortis ti-  
mōrē: et qm̄ abstulerat mortis timorē: me-  
rito interrogabat petri amorē. Ter negau-  
rat timorē: ter p̄fessus est amor. Trinitas ne-  
gationis desertio veritatē: Trinitas cōfessi-  
onis: testimoniu⁹ dilectionis.

In festo apostolorū petri et pau-

Ser. XXV. li: Herno

<sup>ti?</sup> Nā dicis ananię: Accede ad eum: et signa  
eū charactere meo: multa em̄ patieſ p noīe  
meo. Et ille: Dñe audiui a multis de viro b̄  
q̄ multa mala fecit sacerdos tuus. Ait illi dñs:  
Tade: quoniā vas electiōis est mihi. O be-  
ate anania: merito in timore trepidares si  
forti manu non esset cui militares. Ideo p-  
sternis lugbia: vt erigat sanctitas. Tlenit ḡ L  
anania: baptizauit saulū: et fecit paulum.  
Baptizauit lupū: et fecit agnū: et cepim⁹ ba-  
bere p̄dicatorē: quē habuum⁹ p̄secutorē. De-  
niq̄ cepit p̄dicare christum: cui antea resiste-  
bat: postea paratus pati p eo ī q̄ē antea  
pugnabat. Patif paulus: qđ fecerat saul⁹.  
Saulus lapidauit: paul⁹ lapidat⁹ est. Sau-  
lus christianos virg⁹ affecit: paul⁹ p̄ christo  
q̄nq̄es q̄dragenas vna min⁹ accepit. Sau-  
lus p̄secut⁹ ē ecclesiā dei: paulus submissus  
est in sporta. Saulus vinxit: paulus vinc⁹  
est. Et dū saulus sc̄uiēs querit minuere nu-  
merū christianor⁹: etiā ipse accessit ad nume-  
rū cōfessor⁹. Et dū inferret alij necē: susce-  
pit ipse p eo mortē. Dū intrat lupus rapax  
in stabula pecudis: subito et ipē fact⁹ ē ouis.  
Itaq̄ q̄s iam desperet de magnitudine cri-  
minis: aut de humilitate generis: Nā bea-  
tissimū petrū p̄scatorē: modo genib⁹ puo-  
luti adorat gentiū multitudo credētiū: p  
dominū nostrū iesum christū r̄c.

In eodē festo: Herno

II

Ser. XXVI.

Orū vobis omnib⁹ est fratres cha-  
rissimi et vniuerso mūdo notissimū  
q̄ beatissimorum petri et pauli nata-  
lis sit hodie: nec aliquā p̄tē orbis latere po-  
tuit tāta deuotio. Siqdē cū d̄ his dicat da-  
uid p̄pheta: In omnē terrā exiuit son⁹ eo/  
rū: et in fines orbis terre verba eorū. In om-  
ni terra mira petri vir⁹ est: et in fines orbis  
terre ep̄s̄ pauli penetrauerūt. Quis em̄ nō  
audiuit q̄ prim⁹ aplus petr⁹ sedenti ad spe-  
ciosam portā templi claudio: et ex matris lue-  
vtero olim iam debili pedū restituerit firmi-  
tē: ut qđ natura min⁹ cōtulerat: apostoli-  
ca grā repararet? Lū em̄ claud⁹ ille stipem  
rogās: aliqd pecunię se ab apostolis crede-  
ret accepturū: ait illi aplus petr⁹: Argentū Ba-  
noīe iesu christi nazareni surge et ambula.  
Beata plane largitas quē p̄feti argentū q̄  
dē nō cōtulit: sed cōtulit sanitatem. Beata  
largitas: q̄ de thesauris suis aurū non p̄tu-  
lit: sed p̄tulit medicinam. Beat⁹ et ille clau-  
dus qđ stipē querit pecunię: diuitias in-

A flioli mei audite nos: et liberate  
vos. Lurrite p̄ vobis: et nobis p̄sta-  
tis et vobis. Cōmunc erit gaudium  
nřm: si vos viderim⁹ induere christū. Juue-  
nes et virgines: seniores cū iuniorib⁹ ad gra-  
tiā festinēt. Abater nostra pariendo nō dis-  
cernit cōstumes. Ipsa genuit petrū: p̄pa partu-  
riuit et saulū: ut ex lupo fieret agn⁹. Lanq̄  
gnat⁹ est saulus: creuit et fact⁹ ē magn⁹. Ba-  
ptizat⁹ est a matre: illuminat⁹ a deo patre:  
Et cepit velle petrū videre: et cū quereret eū  
velle videre: magis cū petrus cepit timere.  
Audiuit em̄ petr⁹: q̄ saulus cū quereret. Mo-  
li timere beate petre: q̄ saulus nō te q̄rit: et  
paulus vas electiōis te cupit videre. O san-  
cte petre benedic patrē et suscipe fratrē: et ba-  
bes cū quo potes defendere matrē. O bea-  
te petre: q̄ cōuersus ē saulus miraris: qua-  
lis es tu: erit et ipē talis: et vn⁹ vobis erit na-  
talies. Qui fecit ex saulo paulū: ipse fecit ex  
simone petrū. Unus vos honorauit: unus  
vos coronauit. Abutauit p̄secutorē: muta-  
uit et p̄scatorē. Et si te p̄orē: tū ambos dita-  
uit honore vno. Tleni sancte paule: veni se-  
quere petrū: sed docēt nō fugientē. Fugie-  
bat q̄n̄ te nesciebat. Nam iste beatissimus  
paulus: sicut in lectione actuū ap̄lor⁹ cum  
recitareſ audiui⁹: celesti voce p̄strat⁹ est.  
Act. 9. Dum fureret ad caulas in lupina rabie: et  
exosum sibi nomē innocētis agni p̄sequi⁹:  
dū q̄rit discerpere aut vexare gregem: audi-  
uit altisonā vocē: Saule saule qđ me p̄seq-  
uis? Quid frustra insanisti ī nomē meū: et  
occidisti martyremē meū? Olim qđē debui p̄  
Act. 7. dcre te: et stephan⁹ me⁹ orauit p̄ te. Et ille:  
Act. 9. Quis es dñe! Et dñs ad illū. Ego sum in-  
quit iesus nazaren⁹: quē tu p̄sequeris. La-  
put de celo p̄ membris clamat. Inquietat  
corpus: et de celo intonat christus. Saule in-  
quit saule: qđ me p̄sequeris? Quid est q̄ ru-  
giente saulo mugit arcanū: et contra sequitā  
pauli militia cōquerit celi: nisi ut q̄ nō credi-  
derat resurgēti: saltem crederet in celo sedē-

## Ser. XXVII. De S. Petro et Paulo Ser. III

columitatis accepit. Hoc enim ab aplis donum  
meruit: quod nulli thesauris a medicis redi-  
mere potuisset. Num ergo signum mirabile  
quod beatus apostolus petrus fecit: claudo pedem  
restituendo ut diximus vestigia. Auditum fre-  
quenter ipsum petrum a deo petram nuncupatum: si  
Matthew.16. cut ait: Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Si igitur petrus petra est super  
quam edificat ecclesia: recte prius pedes sanat:  
ut sicut in ecclesia fidei fundamētū cōtinet: ita  
et in hoīe mēbroꝝ fundamēta cōfirmet. Re-  
cte inquit pedes christiano curat: ut iam non  
trepidus quod nec imbecillis possit supra petram  
ecclesiā stare: sed robustus et fortis icedere. Ubi  
autem pauli verba non leguntur? Quis locus ea  
litis non scribit: corde retinet: cōuersatiōne cu-  
Bal.9. stodit: Qui paulus a deo vas electionis est  
nostratus. Bonum vas: in quo preciosā manda-  
torum christi p̄cepta condunxerat. Bonum vas:  
de cui plenitudine substātia vītē populis  
semper erogabat et plenū ē. Optima aploꝝ no-  
mīa petra et vas necessaria sunt domui salua-  
toris. Domus enim petrarii fortitudine cōstruita:  
utilitate vasis ornata. Petra ad firmitatem  
nec labant sustentat aplos: vas ad custodiā  
ne tēptat operit christianos. Exīt vero eo-  
rū de hoc seculo quod beatū fuit: nemo qui igno-  
ret. Nam p̄ma hec in illis beatitudo est: quod am-  
bo una die passi esse noscunt: scilicet ut quod una  
fides seruitio deuinxerat: una dies marty-  
rio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuer-  
sa in singulis fuerit: tamen una referta est gratia san-  
critatis. Nam petrus crucē sicut saluator: in exi-  
tu perit: et dominice deuotiois simili mor-  
te discriptus est: scilicet ut quem imitabat fidem:  
imitaretur et passione. De pauli vero ceruice  
cum ea p̄secutor gladio percussisset: dicitur fluxisse  
lactis magis vnda quod sanguinis: et mi-  
rū in modū sanctū apostoli baptisimi gratia: in ipsa  
nece fecit splendidū potius quod cruentū. Que  
quidē res in sancto paulo stupenda non est.  
Quid enim mirū si abundat lacte nutritor ec-  
clesie: sicut ipse ad corinthios ait: Lac vo-  
bis portū dedi si escā: hoc est plane reprobis-  
siōis illa terra: quam patribus nostris promisit deus  
Exo.3. dicens: Dabo vobis terrā melle et lacte ma-  
nante. Non enim de hac terra locutus est: quod ma-  
nātib⁹ aquis cenuit iuoluit lutū quod miscet: sed  
de illa terra pauli et similiū pauli: quod suauē po-  
tū distillat. Que enim pauli epistola non mel-  
le dulcior: non lacte cāandidior? Que episcopat⁹ tāqꝫ  
ybera ecclias aplos enutriunt ad salutem. De

ceruice igitur apostoli per sanguine lac manauit.  
Legimus in epistola ipsius: quod caro et sanguis regnum  
dei non possidebūt. Nam igitur paulus possidet re-  
gnū: quod caro et sanguis non possunt: quod impedit  
dicunt regnaturū. Adhuc igitur paulus in tristis positus  
iam in regni cœlestis substātia transformatus.  
Ideo fratres charissimi quotienscumque mar-  
tyrum memorias celebramus: permissis oīb⁹  
seculi actibus sine aliqua dilatatione cōcurrere  
debemus ad domum dei: reddere illis honorifi-  
cientiam: quod nobis salutē effusione sui sanguini  
pepererūt: quod tamen sacrata hostia per nostra pa-  
pitiatione domino sc̄ obtulerunt: persertim cum di-  
cat ad sanctos suos omnipotens deus: Qui vos  
honoret me honorat: et qui vos spernit me  
spernit. Quisquis igitur honorat martyres: ho-  
norat et christum: et qui spernit sanctos: spernit  
christum dominum nostrum: qui vivit et ceterum.

### In eodem festo: Sermo III Ser. XXVII.

Ulm oīs beati apostoli parē gratiā A  
cum apud dūm sanctitatis obtineat: ne  
scio quo tamen pacto petrus et paulus vi-  
dens per ceteris peculiari quodā in saluatore si-  
dei virtute p̄cellere. Quid quidē ex ipsius domini iu-  
dicio possumus approbare. Nam petro sicut Matthew.16.  
bono disp̄satori clauē regni cœlestis dedit:  
paulo tanqꝫ idoneo doctori gētiū: magiste-  
riū ecclastice institutionis iniunxit: scilicet ut  
quos iste erudierit ad fidem: ille suscipiat ad  
salutem: ut quorum corda paulus patefecerit do-  
ctrina verborū: eorum aliam petrus aperiat re-  
gna celorum. Clauē enim quodāmodo a christo B  
sciētiae et paulus accepit. Clavis enim dicēda ē  
qua ad fidem pectora dura reserant: mētū se-  
creta pandūt: et quicquid intrinsecus teneat clau-  
sum: in palā rōnabili manifestatione p̄du-  
cit. Clavis inquit ē quod et cōsciētia ad cōfessio-  
nē peccati aperit: et grām ad cōternitatem my-  
sterii salutaris includit. Ambo igitur claves a  
deo p̄cepérūt: sciētiae iste: ille potētiae. Diui-  
tias immortaliatis ille dispensat: sciētiae the-  
sauros iste largit. Sunt enim thesauri sciētiae: si-  
cut scriptū est: in quod sunt oīs thesauri sapientiae C  
et sciētiae absconditi. Ergo beati petrus et  
paulus eminēt super vniuersos aplos: et peculiari  
quodā p̄rogatiua p̄cellunt. Ut et ipsos quos  
cui p̄ponant certū ē. Puto enim illos  
cōquales esse meritis: quod cōqles sunt passionē:  
et simili eos fidei deuotioē viriles: quod simul  
videmus ad martyrum gloriā p̄uenisse. Non enim  
sine causa putemus factū quod una die uno in

## Ber. XXVIII. De S. Petro et Paulo Ser. III

loco: tyranni vnius tolerauere sententia.  
 2. q. 7. beati Una die passi sunt: ut ad christum pariter perueniret: uno in loco: ne alteri roma esset.  
 Sub uno psecutori: ut equalis crudelitas virtus compelleret. Dies h. p merito: loco  
**D** p gloria: psecutor decretus est p virtute. Et in quo tandem loco martyrum prulerunt sancti apostoli? In urbe roma quod principatum tenebat: et caput obtinet nationum: scilicet ut ubi caput substitutio erat: illuc caput descendet sanctitatis: et ubi gentilium principes habitabant: illuc ecclesiarum morarentur principes. Sicut autem meriti sunt beatissimi petrus et paulus: hinc possumus intelligere: quod cum dnis orientis regione propria illustrauerit passione: occidetis plaga ne quid minus esset: vice sui apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem: tamen etiam horum martyrum nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinem profuderunt: sed videamus causam quare ista precessi sunt: scilicet quod inter cetera miracula etiam simonem magum illum orationibus suis de aeris vacuo precipiti ruina prostraverint. Cum enim idem simon se christum diceret: et tanquam filium ad patrem assereret volando se posse condescendere: atque elatus subito magicis artibus volare cepisset: tunc petrus fixis genibus precor est dominum: et precatio sancta vicit magicam levitatem. Prior enim ascenderit ad dominum oratio quam volat: et ante pueritiam iusta petitio quam iniqua presumptio. Ante inquit petrus in terris positus obtinuit quod rogauit: quod simon pueraret in celstia quo tendebat. Tunc igitur petrus velut vincum illum de sublimi acre depositus: et quodam precipito in saxo elidens eum crura confregit. Et hunc in opprobrio facti illius est: ut qui paulo ante volare templauerat: subito ambulare non posset: et qui pennas assumperat: platas amitteret. Hunc forte hoc mirum videamus: quod magus iste presentem apostolo per aerem aliquadiu volitaret: huius patientia petri fecit. Permisit enim illum aliquadiu sublimius ascendere: ut altius caderet. Voluit enim in excelsum leuari a conspectu oim: ut ruentem illum de excelso oim puderent oculi. Hec igitur est inquiratis elatio: ut in altum se ferat: in sublimum se erigat: sed sancta oratio omnem humilitatem superbiu[m] yniuersam dejecta vanitatem: stante domino.

Scr. XXVIII In eodem festo: Sermo III

**I**scatoris et psecutoris sacratissimum. A diem geminum festiuum occursum deuotio psecutorum bodie celebremus. Ille qui retia euasit seculi: iste qui ex hunc cōfessor factus est christi. Elegit ecce duos: unū psecutorē: alterū grassatorē. Illū vocat extitor: istū clamat ex itinere. Illū accersit ex ponto: istū terret de celo. Cum igitur petrus linea castra laxaret in fratre: christus retia misit in thoro. Cepit christus: cepit et petrus. Christus discipulū: petrus pesciculū: Et dum circundat gēte squameā: ipse venit in retia. Preteriens inquit iesus vidit duos fratres: simonem qui dicitur petrus: et andreas fratre eius retia mittentes in mare. Erat enim pescatores. Quibus christus sic ait: Venite inquit post me et faciam vos fieri pescatores hominū. At illi reliqui retibus: sicuti sunt eum. Statibat petrus mobilitate et gurgite pendulus. et inter obscuras aquas inquieti maris: vietum quem non habebat artificio requirebatur: nutabat sup ambiguā vndam: ut possit inuenire capturam. Clario seruus referturque vestigio: stat mobilis: et mouebatur stabilis. Namque in ceteros marini germis fluctus: sub obscura umbra fugitiua insequuntur hanc: maculosus paries fit: ceca pescibus in mari custodia. Et dum insidiatur petrus gregibus equoreis pesciū in mari: ipse in rete incidit salvatoris. Fit de predone pescatio: de pescatore pescatio: de pirata captiuitas. Venite abi. inquit post me: et faciam vos pescatores hominum. At illi reliqui retibus suis secuti sunt eum. Num vellet petrus inani muro querens concludere pescem: hamo verbi christi et ipsum tenuit pescatorem. Distinctus est petrus sinu lini voluit in se vacuam continet: et dum insequuntur grauidi semper equoris plena: captorem suum emptorem: salvatorem trahat et trahebatur. Exercebat in equore violenti et patiebatur in mente capturam. O aque genus pirata reptilium: deseruisti artificium hoc quem mutasti de pisce ad pescem. Est enim christus pescis ille: qui ad tobiam ascendit de Zobie flumine viuus: cuius tecore per passionem assato: fugatus est diabolus: et per amaritudinem felis assatus est cecus: et illuminatus est mundus. De pisce inquit ad pescem: de rete ad ecclesiā: de mari ad fontem: de capture factus est factura. Reliquum salutem fluctuantem: et cepit ambulare post pescem. Silicudo artis inflamat desiderium audiētis: ut quod ante capturam latebat in

# Sermo XXIX. De S. Petro et Paulo Ser. V

saloꝝbi nūc retia spargat i mūdo. Tūc em  
 pisces induxit: nūc aut̄ hoies sagenis spiri  
 talibꝝ irretiuit. Paul⁹ aut̄ paru⁹: sed ex par  
 uo magn⁹: dū dicereſ saul⁹: sydereſ voc tu  
 ba conterrīt: certe eliſus audacia: vt ſemi  
 na. net erect⁹ i mundo doctrinā. Saule inquit  
 ſaule quid me pſequeris? Ibat igiſ ſaulus  
 furiſ inuect⁹: duri pectoris eſlabat incen  
 diū: ſanctorūq; ſanguinē ſitic̄: p torā iudeā  
 alien⁹ ſerebaſ iſlania: vt chriſti membra la  
 niaret i terris. Hic vna religiōe crudelis: vt  
 questionariuſ: tinnocētiū p cāpos ſcelera  
 tissimi aggeri euacuat⁹: vt iudea q̄ pndē ſe  
 uierat in capite: crudelitatem exerceſet in cor  
 pore. Acceperat eſi ſalus p̄tātem a p̄cipi  
 bus ſacerdotū: vt hoiles fidei noſtre occide  
 ret: t germinatē fidei campū manu nefaria  
 detruncaret. Dū ḡportat ſaulus funereū ꝑ  
 milites chriſti gladiū: fulmineū de celo ac  
 cepit teſtimoniū. Dū crassaf pcutif: dū chri  
 ſti ſanctos pſequif: violēto radio celeſtis lu  
 minis cœcaf. Et q aduersus deū erigebat:  
 diuina voce terribiliter pſternif: Saule in  
 quid ſaule qd me pſequeris? Caput p mem  
 bris clamat. Inquietaf corp⁹: t itonat chri  
 ſtus in celis: Saule ſaule quid me pſequeris?  
 Quid est qd muget popul⁹: muget ar  
 canū: t contra ſequitā pauli, puincia cōque  
 ri celi: vt qui nō crediderat reſurgentē: ſal  
 tem crederet in celis ſedētē: t qui defuncto  
 apolloſorū dñio affueuerat ex ſepulchro mē  
 dacū: d celo viuētis acciperet teſtimoniū?  
**D** Saule inquit ſaule quid me pſequeris? Su  
 bito igiſ ad iſtā diuinā vocē iſcrepatiōis in  
 fixus in terra t ſequitā pdit t ſemitam: depo  
 nit feritatē t incurrit oculorū cœcitatem. Lē  
 pit habere duc̄tores quos habuerat ante p  
 ſecutores. Ubi nam paule currebas: quan  
 do currebas? Ecce nunc aberrās queris lo  
 cū: t qui pſequeraris chriſti: cœc⁹ curris ad  
 manū. O ſaule rapax lupe: comedes ſed ex  
 pecta paululū t digerēs digereris. Credis  
 ḡ ſaule in deo: adhibes fidem pſido? Nō ſo  
 lēt iſte manus in ſanguine pollui: niſi te ad  
 buſ ab eis videri cruciari. Pax erat generi  
 tuo q̄ cruciſixerat chriſti: in ſup et manus  
 mittere nō formidauit in celū. Expiſſit pati  
 bulū: poſuit in oſtia ſepulchri cuſtodes. Iā  
 chriſtus aſcēdit ad patrem t adhuc genitrix  
 tua nō caret ſequitate. O iudea p̄phetarū  
 Matt. 25. ſanguine temulenta: nōdū ſaciata es a ſan  
 guine abel yſq; ad ſanguinē zachaři: Flu

mina tui ſceler̄ ſpumāt: t te adhucvſq; nō  
 faciant. Ab origine mūdi ſanguinē bibis t  
 adhuc ſitis: neccū tui facinoris ynda ſicca  
 uit etiā alueo tui ſceleris ſitis. Adodo chri  
 ſtū patibulo cruciſixiſt: t cito crudelitate  
 ſanguinis aruifit. Sed ecce pſternif auda  
 cia tua: vt ſanctitas erigat. Ladit miles dia  
 boli: vt ſurgat ſignifer chriſti. Adiuit petr⁹  
 in ſeculū rēiāculū: circuſert paulus dñicū  
 in mūdo vexillū. Et iſte pſicator hoim: t ille  
 titulat ſigno crucis gentiles. Lurrunt itaq;  
 vterq; ad palmā martyrii: et vterq; puen  
 unt ad coronā: Nō qdē codē tēporis curſu:  
 ſed eodē anni vertentis occurſu. Petrus p  
 chriſto capite deoſum veſto in ligno ſuſpē  
 dif: paul⁹ p chriſto gladio trucidat. Ille p  
 prijs gressibus pſiciscebaſ ad chriſtū oculus  
 q̄ ſuperiora reſpiciēs beatū ſpiritu deduce  
 bat ad celū: iſte ceruicē curuat ad penā t of  
 ſerebat ceruicē capitis ad coronā. Petrum  
 crux necat: paulū gladi⁹ immolat. Duo ge  
 nera ſuppliciorū domini t chriſti in duob⁹  
 apolloſis chriſti: Petrus patiſ crucē: paul⁹  
 ſentit pugionē. Pſicatorē ſuſpedit ham⁹  
 crucis: pſecutorē mucro minuit pſecutoris.  
 Mūc ad memorā pſicatoris fleſtū genua  
 imperatoris. Ibi radiant gemme diadema  
 tis: vbi fulgent beneficia pſicatoris. Ex pi  
 ſicatorē fecit domin⁹ apolloſū principem:  
 ex pſecutorē fecit apolloſū cōfessorē. Pre  
 ſtituit paſſio ſocios: quos fecerat fidei p̄dica  
 tio copularis. Gloriemur ergo principes  
 gregl nři: ſi volum⁹ caulas iſtrare paſtors.

In eodem festo: Sermo V Ser. XXIX.

Odie duos christiani nominiſ ſun A  
 b datoreſ exultantis eccleſię festa co  
 celebrant. Hi enī duo electi ſunt ad  
 duorum populoꝝ ſalutē. Petr⁹ ad iudeoz:  
 paulus ad gētiū. Petrus vt in iudea vete  
 rem ac deſertum agrū repararet: atq; eum  
 ſub umbra legis inſtruſoſum t a calore ve  
 ri ſolis abſconditū ſidei ſalubritate t gratię  
 ſecondaret: paulus vero ad gentes mittit:  
 t ad terrā nouā quę nullā ante dederat fru  
 gē: nullū fuerat experta cultorē: qui arato  
 dominice crucis pſcinderet: t in rudi cam  
 po chriſti nouellam inſatigabilis operarius  
 excitaret. Petrus itaq; vineam vbi iam ſue  
 rat reparat: paulus plantat vbi non erat.  
 Petrus in iudeis arborem ab antiqui ger  
 minis nobilitate degenerē: in radice ſua ex

## Sancti

## Augustini

colit: paulus vero in alieno fomite pegrinus ponit gentium ramos. Petrus in iudicis terrâ male secundâ excolit: paulus in gâtib' nôdû cultâ secundat: A petro iudea olea  
Bo.ii. reparat: a paulo in gentib' oleaster inserit. Petrus in iudicis mollit duritiam: paulus in gâtib' illuminat ignoratiâ. Petr' tenebras & virtus pellit ex oculis: paulus reddit oculos a natuitate cecat. Vario ac diuerso genere innumeri populi ad vnius regis militiâ cōgregant: ac sic duo potissimum duces petrus antiqui de veterib' reducit: paulus noui in tyronibus christi cōducit exercitum. Discurrunt itaq; per vniuersum mundum duo splendidissimi negotiatores: portates coram gâtib' & regib' & filiis israel p̄ciosa fidei mercionia. Circuferunt aromata iusticie: thura diuine venerationis: incensum cōpunctio nis: balsamum castitatis. Illi igit' sal pruden Mans.5. tię spiritualis: d quib' dicit: Uos estis sal ter re: quib' vtiq; anime cōdiank: vt inuiolate  
**S**ab eterna peccati corruptioē serueni. Erogant p̄ omnē terrâ spiritales dispensatores p̄cia salutis thesauros sanctitatis: Querunt quos secū ad celos attrahant piissimi alarū parētes: dispare partiū studiis: operū meritis pares. Equales em̄ illos ac similes per varia ac diuersa virtutum genera dixerim. Hā & si cū petro christ' vixit in terris: s̄ paulū cōpellere nō dedignaſ & celis: adhuc etiā p̄sequente. Sed in opere p̄sequētis apostoli fidē p̄uidet: & ideo q̄ p̄spexit zelū: honorauit affectū. Et q̄ sub p̄posito placēdi deo agebat ignarus ad culpā: statim post admonitionē cucurrit deuot' ad gratiam. Nobrem & si in corpore nō ē locut' cū christo paulus: nō minus est illud qđ locut' est 2.Cori.13. christus i paulo: dicēte eodē: An experimē tu queritis ei' qui in me loqui' christus? Ac sic quē foris p̄dicationib' p̄ferebat: int' cor de gestabat. Nescio igit' qđ ei defuerit sanctitatis: de cui' pectori dñs quasi de pecuniali templo suo salutaria populis reddebat  
**C**oracula. Petrus ambulare sup aquas debi Matt.14. ta soli deo potestate p̄sumpsit: & rerū obstante natura p̄ insueti itineris nouas vias pen dulū inferens gressum tumētia maris dorfa calcauit: sed nō minor paulus q̄ sicut ip̄e 2.Cori.11. de se dicit: nocte & die i pfundo maris fuit. Hā minor inquā paulus quē velut nouit Ione.2. stamenti ionā: die ac nocte p̄ maris pfunda lactatū absorbit suet' & reddidit: quasi

sacrū depositū violare nō audēs: q̄ famula trix eū vnda custodiēs illēsum p̄ploū p̄di cationib' reseruabat. Hic est quoq; beatus petrus in illa cōlesti discipulorum schola p̄ci pius: ac prim' idone' q̄ vba vite ex christi ore suscipiēs: p̄ euangelij potestate iudicorum gâtē pditā quereret: & abdicatos ad hereditatē vocaret: interpres legi: assertor gratiæ: destructor synagogæ: ecclie repator: & ideo solus int' apostolos meruit audire: Amen Matth.16. dico tibi: q̄ tu es petrus: & sup hāc petram edificabo ecclesiā meā: dign' certe qui edificandis in domo dei populis: lapis esset ad fundamentū: colūna ad sustētaculū: clavis ad regnū. De hoc ait sermo diuinus: Et po D nebat inquit infirmos suos: vt vmbra saltē Bat.5. trāscūtis petri obumbraret eos. Si tūc opē ferre poterat vmbra corporis: quantomagis nūc plenitudo virtutis? Si tunc supplicati b' p̄derat aura quēdā p̄transcūtis: q̄t omagis gratia nūc p̄mauerit! Abseruo p̄ omnes christi ecclesias auro p̄ciosius habeb̄ ferrum illud p̄enalium vinculorum. Si tam meditabilis fuit obumbratio visitat̄: quāt omagis catena vinciēt! Ut vmbra inquā trāscūtis petri obumbraret eos. Si manis q̄dā species vacuę imaginis h̄c potuit in se vim salutis: q̄to plus de corpore meruerit attrahere salubritatis ferreo p̄dore sacris imp̄issa mēbris vincula passionis? Si ad p̄fī dia supplicantiū tam potēs fuit ante martyrum: quāt omagis efficax post triūphum! Felices illi nexus qui de manicis & cōpedibus in coronā mutandi: apostolū cōtingentes martyrē reddiderūt felices catenę: quē nudatis pene ossibus inharentes: viuas reliquias de sanguinis sudore iam attrita carne rapuerunt: tactusq; membrorū cruciat̄ sui sanctificat instrumentū: in quo dū afflīctio crescit ad penam: causa pene p̄ficit ad gloriam. Felicia vincula quē reū suum vloq; ad christi crucē nō tam cōdemnatura q̄ conscratura miserūt. In illa itaq; cruce imitari metuēs sacrificiū redēptoris: capite in frādemergi elegit. O virt' humilitat̄! genit̄ honorari etiā supplicij genere prime sc̄it: et q̄ nō recusat dñici tormenta patibuli: similitudinem expauescit triūphi.

Itē i eodē festo: Homelia de eo qđ sc̄ptū ē i euāgelio s̄m Mattheu: Matt.16. Cenit iesus in partes celarie philippi &c. quē inlerta est in sermone

## Ser. XXX. De sancto Laurentio Ser. I

xxxi. de Clerbis apostoli: lsa. B. et sequentibus

Item in octauis eorumdem apostolorum: Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Mattheum: Inquit discipulos ascendere in nauicula recte que sumpia est ex sermonibus de Clerbis domini: xiii. et xiv.

De sancta Maria magdalena.

In festo sancte marie magdalene: Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum lucam: Rogabat iesum phariseus quidam recte. Incipiens: Quod admonemur recte que habet in libro Quinquaginta homeliarum. xxiij.

Desancto Petro ad vincula

In festo sancti Petri ad yincula Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Mattheum: Tenuit iesus in partes Cesarie philippi recte que inserita est in sermone. xxxi. de Clerbis apostoli: littera. B. et sequentibus.

Desancto Laurentio.

Ser. XXX. In festo sancti Laurentii: Ser. I

A Etissimi laurentii martyris: cuius natali die celebamus: passionem nosse vos credo: et quanta in persecutione pertulerit: dilectionem vestram scire posse non dubito. Tanta enim eius martyris gloria extitit: ut passione sua mundum illuminauerit universum. Illuminavit mundum plane laurentius eo lumine quod ipse accusatus est: et flammis quas ipse pertulit: omnium christianoque corda calcavit. Quis nolit ad horam vii laurentii igne:

B ut eternum gehennam non patias incendiū? Beati igitur laurentii exemplo procucuramur ad martyrum: et accendimur ad fidem: incalescimus ad deuotionem: et si in nobis persecutoris flama deest: fidei tamen flama non deest. Non ardorem quidem corpore pro christo: sed ardorem affectu. Non subiicit mihi persecutor ignem: sed subiicit mihi desiderium saluatoris. Effe autem saluatoris ignem legimus in euangelio: dicente eodem domino: Nescitis quia veni ignem mittere in terram: et quid volo nisi ut accenda? Quo igne succensi illi duo discipuli dixerunt: Non cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via: et aperiret nobis scripturas: Hoc igitur igne beatus laurentius

tius accensus: flammaz non sentit incendiū: et dum christi ardet desiderio: persecutoris pena non sentit. In quantum enim in illo fidei ardor fuerit: tantum supplicij flama frigescit. Corporali enim beatus laurentius laborat in cendo: sed diuinus saluatoris ardor materialem tyranni restinxit ardorem. Quavis enim in fauilla membra soluanit: fidei tamen fortitudo non soluit. Corporis quidem detrimentum sustineret: sed lucrum salutis acquirit. Non enim fratres beatus laurentius breui vel simplici passione perimitur. Nam qui gladio percussus: semel moritur: qui in flammaz camino mergitur: uno impetu liberatur: hic autem longa et multiplici pena crucis: ut mors ei assit ad supplicium et desit ad finem. Dicit enim ab illo sequissimo persecutore hec hunc laurentio constituta pena: ut ardentiū exposta massa carbonum: insugere eum ferrea crata distentum lenta flamma consumeret: ut non tam inflammando cito interimeret hominem: sed diu exurendo torqueret: ita ut cum unum latus exustum persecutor cerneret: aliud latus ignibus obijceret exurendum. Legimus ananiam: azaria et misabelem beatissimos pueros a regre in camino ignis inclusos: in penitentia sua rite deambulasse flammis: et ignes globos pedibus conculcare: Unde et beatus laurentius non minor est gloria praeservandus. Si quidem illi in penitentia suarum flammis ambulabat hic et in ipso supplicio sui igne discubuit. Illi vestigis pedum conculcarunt incendia: iste laterum suorum diffusione extinguit. Illi inquantum stantes in pena eleuatis manibus orabant ad dominum: hic autem praestratus in sua pena: toto corpore dominum depescat. Iterum ergo beatus laurentius in dorsum supinus vertitur: et renes eius ignibus exurunt: ut implerebat psalmi prophetia: quod dicit ex persona laurentii: Proba me domine et tempta me: vnde renes meos et cor meum. Ubi inquit renes meos et cor meum: Duplice se postulat igne comburi. Nam si de solo mundi igne loqueretur: sufficeret renes tantum exurendos incendijs obtulisse. Cor autem nisi flama christi non virit: atque ideo ad comprobandum deuotionem suam geminum sibi ignem postulat: ut lucratrice habitu ostendat in se plus posse amorem christi quam penam tyranni. Oremus igitur fratres beatum laurentium: quod dum fidei sua persecutoris flamas vicit: ostendit nobis per ignem fidei gehenna incendia superari: et amore christi dicimus.

## Sermo XXXI. De sancto Laurentio Ser. II

iudicij nō timeri. Nos vero fratres dilectissimi si ad cōsortium sanctorum martyrum puenire volumus: dicitur imitatione martyrum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscere: ut per nos dignemus dominum supplicare. Si enim tormenta que sancti martyres patuerunt suffferre non possumus: vel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus. Et quod non desunt quotidiana peccata non: desunt etiam quotidiana **S**remedie. Nemo se credat aliquam felicitatem aut aliquod verum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudinem hic preparare potest: possidere non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedunt: tempus flendi: et tempus ridendi. Nemo se circumueniat fratres: non est in hunc modo tempus ridendi. Scimus fratres: quod ois hoc gaudere desiderat: sed non toti ibi queruntur gaudium ubi oportet inquiri. Tlerum in hoc mundo gaudium nec fuit nec est nec esse poterit. Sic enim ipse dominus in euangelio suos discipulos admonet dicens: In hoc mundo pressuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ac sic in hac vita cum labore: et dolore quod bonum est auxiliante domino faciamus: ut in futuro seculo bonorum fructus colligere cum gudio et exultatione possimus: permanente domino nostro iesu christo qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

### Ser. XXXI. In eodem festo Sermo II

**A**d **I**citat dominus in euangelio: Lui simile est regnum dei! Et cui simile illud esti mabo? Simile est grano sinapis: quod acceptum homo misit in hortum suum: et crevit et facta est arbor: et volucres celi requieuerunt in ramis eius. Abouet fortasse sensus vobis: que regnum dei tamquam clarum atque magnificum granum sinapis exiguo comparatur: et spei nostrae in se tamquam solatiu[m]: rei vilissime simile esse dicamus: persertim cum alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis huic moti: tollere et iactare in mare et fieri. Igis si fides tanta est que potest ab ipsis sedibus montium fundamenter trasferre: necessario et granum sinapis magnum est: ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnus autem dixerimus: non specie sed virute: et fidei non qualitate oleris comparandum. Nam si diligenter intendamus: inueniemus a domino recte hanc simili-

tudinem comparatam. Sicut enim granum sinapis prima fronte speciei sue est parvum: vile: despiciunt: non saporem praestans: non odorem circuferens: non indicans suavitatem. At ubi terri cepit: statim odor suum diffidit: acrimoniā exhibet: cibū flāmei saporis exhalat: et tāto caloris feruore succendit: ut mirum sit in tam friuolis tātu ignē fuisse conclusum: Lui enim semen in cibū homines hyemis picipue tempore magna per suavitatem picipiunt quatenus repellant frigora: humores egerant: viscerū interna calefaciāt: Sēpe etiam ex hoc capiti adhibet medicinā: ut si quid inualidū: si quid egrotum fuerit: sinapis igne curetur. Ita ergo et fides christiana prima frōte videatur esse parua: vilis et tenuis: non potentia sua ostendens: non subtiliam praferens: non gratiam subministrans. At ubi diuersis temptatiōib[us] tercepit: statim vigor suum perdit: acrimoniā indicat: calorem dominice credulitatis aspirat: et tanto divini ignis ardore tactat: ut et ipsa ferueat et participantes sibi ardere compellant: Sicut in sancto euangelio duo ex discipulis dixerunt domini cū ipsis post passionem suam dominus loqueretur: Non cor nostrum erat ardens in nobis in via: dum aperiret nobis scripturas dominus iesus: Ergo granum sinapis membrorum viscera calefacit: fidei autem vigor cordium peccata consumit. Et illud quidem asperum algore frigoris remouet: hec autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis inquam granum humores decoquit corporū: fides autem libidinū fluentia colsumit: Et per illud medicina capitis præcurat: per fidem autem spirituale caput nostrum quod est christus dominus septem resouet. Sed et fidei iuxta comparationē sinapis sancto odore perficiuntur: sicut ait apostolus beatus: Quoniam christi bonus odor sumus deo. Igis sanctū martyris laurentium ex granum sinapis possimus comparare: qui diversis attritus passionibus: per totum orbem gratia meruit sui fragrare martyrum. Qui antea constitutus in corpore erat humilius: ignotus et vilis: postea quod vexatus: laceratus: exustus est: vniuersis per totum mundum ecclesijs odorem suum nobilitatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Si quidem granum sinapis cum terribilis accendit: laurentius cum patitur inflammat. Illud feruor: attritionis suum mouet: hic ignem plurima veratione suspirat. Sinapis inquam in vasculo calido decoquuntur: laurentius in craticula flammari igne tor-

## Ser. XXXII. De sancto Laurentio Ser. III

ref. Ardebat itaq; extrinsecus beatus laurentius martyr tyrani sententis incendijs: sed maior illū intrinsecus christi amoris flāma torrebat. Et quāuis rex improb⁹ ligna subiiceret: incēdia maiora supponeret: tamē sanctus laurentius has flāmas fidei calore nō sentit: r̄ dum christi h̄cepta cogitat: frigidum est illi omne qđ patif. Nec enī potest in visceribus igniū tormenta sentire: q̄ sensibus paradisi refrigeria possidebat. Li- cet iaceat ante pedes tyrani exusta caro cor- pus exanime: nihil tamen detrimenti patit in terris: cui⁹ anim⁹ demorat in celis. Extēditur ergo sup flamarū ignitos globos: r̄ vexat in latera: sed quantū plus p̄gnarum tormenta patif: tāto amplius christū dñm p̄t̄mescit. Hoc admirationis genere ali⁹ illū torquet: r̄ alij scuienti tormenta p̄ficiunt. Deuotiorē laurētiū salvatori supplicia atro- ciora fecerunt.

### ca. XXXII. In eodē festo: Sermo III

**A** Um oēs beatos martyres q̄s no-  
c bis antiquitas tradit honorificen-  
tia digna miremur: p̄cipue tū beati  
laurentij martyris triumphū debem⁹ tota  
deuotioē suscipere. Adiōrem ergo affectū  
ibi degeo: vbi credulitatē meā cogit cōtem  
platio: q̄ vbi fidem meam hortat opinio.  
Adiōrem inquā affectū ibi degeo: vbi p̄ ea  
q̄e vidi cōpellor deuotione credere: etiā il-  
la q̄e nō vidi. Nam cū audio aliquāta mi-  
hi impossibilia videbār: sed cepi ea potuī  
se credere fieri: dñi similia facta esse cōspexi.  
Et ideo tēporis nostri passio: hāc nobis tri-  
buit cōserre gratiam: vt fidē p̄teritam cōfir-  
maret. Supradictū igit̄ virū beatum tota  
debem⁹ deuotione suscipere: Primū quia  
p̄ciosum sanguine suū ppter dñm tradidit.  
Deinde q̄ p̄rogatiā nobis apud dñm no-  
strū non minimam tribuit: ostendens qua-  
lis esse debeat i christianis fides: Tertio q̄  
idem tā sancte cōuersationis fuerit: vt coro-  
nā martyrij tēpore pacis inuenerit. Sed cū  
sanctitate tanta beatū laurētiū p̄ christi no-  
mine vidissent certare gētiles: errores q̄ eo-  
rū manifestos rationabili castigatione con-  
uinceret: tūc illi inebriati furore rapuerunt  
eū: r̄ cēde crudelissima fauciarū: tunc beati  
viri corpus flammis i craticula tradiderūt.  
Vere beatū corpus: qđ nō ad p̄gnā funest⁹  
ignis: vel tormenta a fide christi immuta-

uit: sed ad requiem dominicā sancta religio  
coronauit. S̄z et ipsa flamma ideo suscepit  
martyrē nō vt cū a fide sua ignis mutaret:  
sed vt p̄batum oño suo redderet. Tali enī  
incendio beata cōsecrata sunt viscera: non  
cōdemnata. Conuenit huic passiōni qđ ait  
apostolus: Ipse aut̄ saluus erit sic tamen *1. Cor. 9.*  
quasi p ignē. Saluus enī iste factus est: dñ  
venerabilis cōfessionis est incendio concre-  
matus. Hec est ergo tota causa passiōis fra-  
tres ppter quā morti addict⁹ est sanct⁹ vir:  
q̄ sui similes ceteros hortareb̄. Nam exhor-  
tatio illa intantū p̄fecit: vt illo a seculo re-  
cedente: fides eius regionis iōius loca vni-  
uersa puaserit. Ita christ⁹ tāc in beato mar-  
tyre suo laurentio p̄secutiones passus est:  
nūc illī plurimi christianorū exultāt in po-  
pulis. Sufficere nobis debet ad p̄fectū sa-  
lutiis nostrē martyrū exempla sanctorū: qui  
pter ad p̄fiscendā cēlestē coronā omnib⁹  
se mādatis dominicis subdiderūt: r̄ ita cun-  
ctis deuinixerunt se legib⁹ saluatoris: vt p̄  
pter anteactā vitā mererent ad hanc mar-  
tyrī gloriā p̄uenire. Nō enī illo in tempore  
tātū p̄fecerunt p̄ceptū dñi: quo cōfessionis  
suppliciū p̄ulerūt: sed necesse fuit illis p̄us  
fm euangeliū vixisse: vt christi passionibus  
participaren̄. Necesse est inquā vt initia  
bona fierent quorū finis est optimus subse-  
cutus: r̄ martyres eos nō solū fuisse cū pas-  
si sunt: sed etiā tunc martyres christi esse cū  
viuerent. Ad martyrē enī grēce: latine testis di-  
cit. Igī quotiensq; bonis actib⁹ manda-  
tum christi facim⁹: totiens christo testimo-  
nium p̄hibemus. Unde r̄ crux dñi nō tātū **D**  
illa dicit q̄e passionis tēpore ligni affixio-  
ne construit: sed illa q̄e toti⁹ vitē curriculo  
cūctarū disciplinarū virtutib⁹ coaptat. De  
qua mihi videtur saluator dicere: Qui vult *Matt. 16.*  
post me venire: tollat crucē suā et sequatur  
me. Numquid enī omnes martyres qui se-  
cuti sunt dñm: crucifixi sunt cū dño? Numquid  
omnes virgines q̄ iuxta Apocalypsim se-  
quunt agnū dei: crucifixi sunt vt sequant?  
Numquid paulus apostolus crucifixus fue-  
rat cū dicebat: Abihi aut̄ ab sit̄ gloriari nō  
in cruce domini nostri iesu christi: p̄ quē mi-  
hi mūdus crucifixus est r̄ ego mūdo? Hoc  
autē dicit: vt intelligas crucem nō ligni esse  
patibulū: sed vitē virtutisq; p̄positū. Tota  
igit vita christiani hoī si scdm euangeliū  
viuat: crux est atq; martyrium.

**Sar. 6.**



# Ser. XXXIII. De sancto Laurentio Ser. III

Sermo In eodem festo: Sermo III  
XXXIII.

**A** Eli simile est regnum celorum: et cui simile estimabo illud ait dominus. Simile est grano sinapis. Adulta perstrinximus: quibus perbarem regnum dei granum sinapis non immerito comparari: et distantia in sola estimatione eorum: non in collatione virtutum. Siq[ue] christiana fides que regnum dei est: eandem virtutem obtinet: quae sinapis natura deponit. Nam sicut sinapis granum cum sumimus vultu contristamur: fronte contrahimur: ad lachrymas permutemur: et ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeriori accipimus. Illinc enim amaritudo nos exasperat: acrimonia penetrat: bina calor ignei sapientis accedit: et toto perturbati corpore tunc magis sani efficiuntur cum amplius deploramur: Ita ergo et cum fidei christiane mandata percipimus: contristamur animo: affligimur corpe: ad lachrymas permutemur: et ipsam salutem nostram cum quodam fletu ac more cōsequimur. Inde enim nos ieiunia exasperant: illinc peccatorum conscientia macerat. Hinc patrimonij iactura perturbat: et toto contristati habitu magis salutem sequimur si amplius defleamus: secundum quod ait dominus: Tlos plorabitis et flebitis: seculum autem gaudebit. Sicut autem cum sinapi caput forte curandum est: iubemur ad rasum capillos demere: impedimenta cutis vniuersa deponere: ut nudo corpori perfectius medicina pueniat. Ita et cum anima per fidem curanda est: percipimus a nobis substantiam austerre seculi: impedimenta auri argenteorum deponere: ut et nudus et soli anime congruentius spiritualis medicina pueniat. Quisque enim rebus mundi et diuitiis seculi obvolutus est: huic fidei medicina non perderit. Ergo quod sucus sinapis in corpore: hoc fides christiana operatur in anima. Sed quoniam in eadem dominica sententia scriptum est: Et acceptum homo misit in hortum suum: et crevit et facta est arbor: et volucres requieuerunt in ramis eius: diligenter requiramus quis iste sit: cui haec cuncta conueniant. Diximus superius sanctis martyribus qui diversis attriti sunt passionibus naturam sinapis posse congruere: Sed quoniam dicit scriptura: Et crevit et facta est arbor: et volucres requieuerunt in ramis eius: arbitror hoc ipso christo domino dicere: et rectius comparari: quoniam ascendendo in homine humiliatus est granum est:

ascendendo ad celum exaltatus ut arbor est. Granum plane est christus dominus patris: arbor est dominus resurgit. Granum inquit est: cum famis etiam sustinet: arbor est cum quinque milia virorum quinque panibus saturat. Ibi sterilitatem humana conditione patitur: hic societatem propria divinitate largitur. Granum autem virerim dominum cum cedat: cum contemnitur: cum in crepat: arbor est autem cum cedros illuminat: mortuos resuscitat: peccata condonat. Ramos autem huius arboris si requiras inuenies. Ramus est petrus: ramus est paulus: ramus est beatus laurentius: cuius hodie natalitia celebramus. Rami sunt omnes apostoli vel martyres salvatoris: ad quos si quis se fortiter tenere voluerit: fluctibus seculi minime mergit: quin potius sub umbra illoz latitatis gehennae non patiet ardorem: securusque de diabolice tempestatis percella erit: et de die iudicij exurantis incendio ipso adiuuante qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus: per infinita secula seculorum Amen.

Item in eodem festo: Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Iohannem: Ame dico vobis: Nisi granum frumenti tecum incipiatur: Humilitas magne tecum. que sumpta est de expositione doctoris Ibidem.

De assumptione gloriosissime virginis marie.

In festo Assumptionis sanctissime Sermo dei genitricis Virginis marie: Ser. I XXXIII.

**D**interrogata de virginis et matris A deo resolutione temporalium: et assumptio ne penni: quod intelligi respolus: te de omnipotenti pater voto supplici exoro: ut quod madas nubibus et pluvias imberes: quod tangitis montes et sumigatis: qui aperitis terram et germinatis: quid dicatis iubeas: quod perferam regnas: ad quod sermonem dirigam apertas. Ut venerabile est mihi est dominus: et cordis meis reverendissimum de matre filii tui loqui: et de sanctissimo corde eius lingua sermonibus occupare: quod sola meruit deum hominemque paritura suscipere: facta thronus dei et aula regis eternus: secundum quod tu docuisti nos per sanctos patriarchas tuos: prophetas et apostolos figuris et sermonibus: quod nos credimus: quod non possessisti: quod nec fallere nec falli nouisti: ostendes filium tuum coquernus tibi et substitutalem icarnem.

# Ser. XXXIII. De Assumptioe Marie Ser. I

dū: tū carnatū p virginis vterū: de qua car  
nē assūptū: qui corporia cūcta tecū creauit  
auctor: administrator: t de: ab hoie factus  
est homo: ab ea naturā sumēs non originē:  
sacrificante spiritu tuo: in ea vterū huma  
nū t purificante atq; mūdante ad cōcepti  
onē filij tui: Lui<sup>o</sup> dignitatē t gratiē effectū:  
nec cor cōcipere nec lingua valet exprimere.  
Nō em̄ talis cōceptus: talisq; part<sup>o</sup> nisi de  
um decuerat: q; venerat redimere quos vo  
luit creare. Creare, pfecto maiestate: redime  
re humilitate: humilitatis naturā sumens  
sanctā de sacrificato corpe: t imaculatā de  
immaculato. Inestimabilē em̄ sacrificati  
onis grām quā cōcipiēdus habuit: pcept<sup>o</sup> t  
nat<sup>o</sup> nō abstulit. Quē quātū i cor: ge value  
rit virginis: illi soli notissimū est q; de ei<sup>o</sup> na  
tura naturā suscepit: q; cōdidit. Per quem  
te queso dñe: q; p illū cūcta bona tribuis: q;  
vt tribuas eligis: vt me inoffense de tanta  
sanctitate loq; tribuas. Et si nō totū vt est:  
q; dū impossibile omni humanē lingue est: ta  
mē ipm q; est ex parte dicāt vt est. Sonet  
ergo p̄ciosissimum vera p̄ciositate: sanctissi  
mū certa sanctitate: inestimabilissimū: fidis  
sima veritate. Quē q; humanā rōnē exce  
dunt: spiritus tu<sup>o</sup> assit: q; suo sacro spiramī  
ne inducat nos in omnē dicēdoz veritatē:  
vt q; de ei<sup>o</sup> corpore t aia loquēdum est: q;  
ipse p̄ter naturalē vsum sanctificauit t gra  
tiā cōculit: non aliena dicere patias: sed p  
pria ad laudē t gloriā tuam deus omnipō  
tens pater: t ad honorem filij tui p virginē  
nati: t eiusdē spiritus sancti dei t dñi nostri:  
cum quo est tibi regnū t imperium: in om  
nia secula seculorum Amen.

Ela p̄fundissime et sua dignitate al

L q tissimē sum responsurus questioni: le  
ctorem meum obsecro: vt p me deprece: t  
si q; a me pleniter dicta cognouerit: donis  
dei gratias existat: sicutē minus: nostrē cō  
patias infirmitati. Quia licet minus vale  
amus dicere: vera tū pculdubio volumus.  
De sanctissimo igit̄ corpe ppetuę virginis  
marie eiusq; sacrę animę a ssuptione: quā  
tū deus donauerit loqui suscipientes: hoc  
prīmū dicimus: quod in diuinis scripturis  
Job.19. postq; dñs in cruce matrē discipulo cōmen  
dauit: vt castitas castis tuerē obsequijs:  
nihil reperiſ de ea p̄ter id quod lucas cōme  
morat in actibus apostolorū: cōmemorans  
Ez.1. eiusdem nominatum dices: Hi omnes erāt

pseuerantes vnanimiter in oratione cū mu  
lieribus t maria matre iesu et fratribus ei<sup>o</sup>.  
Hoc dicim<sup>o</sup> quia tāto quē magna existunt  
cautius tractanda sunt: quāto specialibus  
auctoritatum testimonij nō possunt ad li  
quidū roborari. Sed q; quedam scriptura D  
sancta veris indagationū studijs querēda  
reliquit: q; nō sunt superflua estimanda dū ve  
ra indagatiōe fuerint patesacta. Hecūda ē  
em̄ veritatis auctoritas: t dū diligēter dis  
curi: de se gignere quod ipsa est cognosci  
tur. Sepe em̄ discussa veram cōueniētiam  
parit: quā manifestis sermonib<sup>o</sup> abscondit:  
Et sepe apertis sermonib<sup>o</sup> insinuat: in qui  
b<sup>o</sup> nihil p̄ter illud q; sonuit q̄rēdū inuitat:  
Ut est illud: q; abraā genuit is.3c: isaac ge  
nuit iacob: iacob iudā t fratres ei<sup>o</sup>: t cetera  
talia in quib<sup>o</sup> sola littera tenēda est. Quē  
dam autem sic cōmendat: vt pariter litterā  
t mysticū intellectum instruat: vt in trāscitu Ero.14.  
maris rubri: t manna celesti: t tabernaculo Ero.16.  
dei atq; arca testamenti: vbi futurōū figu Exo.25.  
ra baptisimi videlicet christi t ecclesię ostēsa  
ē p̄rogatiua. Quēdā tū mystice: vt cū deū  
dicit insufflasse in faciem adā spiraculū vi. S.2.  
te: q; tū os ad spirandū non habet: nec ma  
nus ad operādum: licet p̄pheta dicat: Aha v.25.  
nus tuę fecerūt me: t plasmauerūt me. Sūt  
etiam quedā: q; quāuis cōmemorari ex to  
to: omissa sint: vera tamē ratione credunt:  
atq; ipsa p̄ueniētia rei qdāmodū quēadmodū  
dux t p̄via creditur. Nihil em̄ de melchise. S.14.  
dech sacerdoti dei excelsi iusticia loquitur:  
cum ipa p̄cessisse tātē laudis merita cognō  
scatur. Nihil de enoch t helig postq; rapti  
sunt vīc felicitatē cōmēdat: cunctis liqui  
do scientibus beate eos vivere: quos do  
minus hinc in futurū seruandos voluit ra  
pere. Quid ergo de marię morte: quidve  
de eius assumptione dicendum est: vnde  
diuina scriptura nihil commemorat: nisi q;  
rendum ratione quod conueniat veritati:  
fiatq; ipsa veritas auctoritas: sine qua ne  
cessē est: nec valeat auctoritas. Abemores E  
enim conditionis humānē: moitem illam  
subiisse temporale dicere nō metuum<sup>o</sup>: quā  
idem eius filius qui deus t homo est: lege  
sortis humānē sustinuit: et hoc quia homo  
de eius susceptus t p̄fusus est vtero. Sed  
si dicimus mortis eā vinculis teneri: t reso  
lutā in cōmūnē putredinē: vermē ac cinerē:  
laborādū est si h̄ conueniat tante sanctitati

D 2



## Sancti

tantē aulē dei ḥrogatiuę. Scim⁹ em̄ dictū  
Señ.3. primo parenti: Quia puluis es t̄ in puluc-  
rē ibis. Quod si de morte dicit: generalis  
est sententia: si de resolutione in puluerem:  
banc conditionē caro christi euasit de car-  
ne marię sumpta: quę corruptionē nō susti-  
nuit. De hoc em̄ scriptū ē: per dauid, ppbe-  
Pd.15. tam dicentem: Quoniam nō derelinques  
animā meam in inferno: nec dabis sanctū  
tuum videre corruptionē. De quo autē san-  
cto dictū sit: archangelus pdidit: q ad ma-  
Luc.1. riā ait: Et quod nascer̄ ex te sanctum: vo-  
Exo.26. cabitur filius dei. Tere sanctum et sanctū  
sanctorum. Unde t illa sancta sanctorū di-  
cunt: quę illa seruabant: quibus ille figura-  
bat qui veraciter solus sanctus sanctorum  
dicit. Hic em̄ idem est de quo archangelus  
Gabriel danieli loquī inter cetera quę fu-  
Daniel.9. tura ostendit dicens: Et impleatur visio et  
pphetia: t vngaf sanctus sanctorum. Hic  
em̄ sanctus corruptionē nō vidit: qui tertia  
die cum triumpho rediens ab inferis resur-  
rexit. Caro ei⁹ quę de maria sumpta est: et  
2.Cor.13. si mortua est ex infirmitate: reuixit t̄ ex dei  
virtute. Sed hoc ille qui quādo voluit mo-  
ri: quādo voluit resurgere potuit. Excipit  
ergo ab illa generali sententia de virgine  
sumpta natura. Qd si marię non congruit:  
congruit t̄ filio quem genuit iesu. Tloca-  
bulum iesus gloriosum omni ornatu cultu  
q̄ dignissimū: nomē quod est super omne  
nomen: non decuit ab dominib⁹ appella-  
ri: neq; ab eis esseri in mundū: sed ab excel-  
lētiori quadā maioriq; natura. Post hec q̄  
adē dicta sunt de quib⁹ excipit marię fili⁹:  
cōtuēda sunt q̄ etiā eue dicta sunt: si cūctis  
feminis generalia sint: t si in aliquo excipi-  
Señ.3. atur maria. Scriptum quippe est: Adulteri  
quoq; dixit deus: Aduplicabo erumnas  
tuas t cōceptus tuos. In dolore paries fi-  
lios: t sub viri potestate eris: t ipse domi-  
Luc.2. nabis tui. Erumnam maria sustinuit: cuius  
animā gladius passionis christi ptransiuit:  
sed conceptus nō multiplicauit: nec sub vi-  
ri: id est mariti potestate deguit: quę iteger  
rimis visceribus de spiritu sancto christum  
suscepit: t virginitatis integritate manēte  
virgo pmansit. Quem q̄ sine peccati col-  
luiuione, t sine virilis admixtionis detrimē-  
to suscepit: sine dolore genuit t sine integri-  
tatis violatione cum pudore virginitatis  
integra pmansit. Hoc em̄ potuit efficere de-

## Augustini

matre: qui sic elegit nasci deus de homine.  
Maria ergo t si communicat erumnis eue:  
nō comunicat parturiendo cū dolore. Pro-  
meruit eis hoc singularis sanctitas eius et  
singularis gratia: q susceptione dei singu-  
lariter estimata est digna. Non in errore er-  
go a quibusdā generalibus excipitur vera  
estimatione: quā tāta seruat gratia: t attol-  
lit dignitatis ḥrogatiuę. Quantū em̄ chri-  
sti potestas possit mundi ostendit vniuersi-  
tas: quantū gratia marię monstrat integrā  
tas. Quę sicut diuersa est a natura: ita di-  
uersa est ab ysu. Quid ergo: Si in tanta di-  
uersitate dicimus eā humanę sortis morte  
subiisse: nec vinculis ei⁹ retineri: p quā de⁹  
voluit nasci: t carnis substantiā cōmuni-  
ca: renūquid impiū erit? Scim⁹ em̄ iesum om-  
nia posse: qui de seipso ait: Data ē mihi om-  
nis potestas in celo t in terra. Si ergo vo-  
luit integrā matrem cū virginitatis serua-  
re pudore: cur nō velit incorruptā a putredi-  
nis seruare fetore? Dicat qui cognouit sen-  
sum domini: t qui consiliarius ei⁹ fuit: Nū  
quid nō p̄tinet ad benignitatē dñi matris  
seruare honorem: qui legem soluere nō ve-  
nerat sed adimplere. Let em̄ sicut honore  
matris p̄cipit: ita in honorationē damnat.  
Qui em̄ in vita p̄ ceteris illā gratia sui p̄ce-  
pt̄ honorauit: pium credere ē singulari sal-  
uatione eā in morte t speciali ḡra honorat-  
se. Potuit em̄ eam tā a putredine q̄ a pul-  
uere alienam facere: qui ex ea nascens vir-  
ginem eā potuit relinquere. Putredo nā  
q̄ t vermis opprobrium est humanę cōdi-  
tionis: a quo opprobrio cum iesus sit alie-  
nus: natura marię excipit quā iesus de ea  
assūpsisse, p̄bat. Caro em̄ iesu caro marię ē:  
et multo specialius q̄ ioleph iude cetero-  
rūq; fratrum eius quibus dicebat: Frater Señ.37.  
em̄ t caro nostra est. Caro em̄ christi quāvis  
gloria resurrectionis fuerit magnificata: et  
potent sup omnes celos ascensione glori-  
ficiata: eadē tamen carnis mansit t maner na-  
tura quę assumpta est de maria. Ipse enim  
est qui conceptus t genitus atq; a mortuis  
suscitatus est p gloriā patris: sicut pfecto  
ipse testat post resurrectionē: quando apo-  
stolis dixit: Tidete manus meas et pedes Luc.34  
meos quia ego ipse sum. Quid em̄ ē: Ipse  
ego sum: nū quia alter nō sum: q̄ qui tunc  
eram quādo passus sum: hoc siquidem co-  
gnoscere potestis: q̄ i manib⁹ t pedib⁹ meis

# Ser. XXXIII. De Assumptioe Marie vir. Ser. I

**Bat. 1.** clauorum vuluera cognoscitis. Ipse ergo idemq; celos ascendit: et carnem quā de ma- tre suscepit sup astra transuexit: honorans omnē humanā naturā: et multomagis ma- ternam. Si igit; natura matris est filius: cō- ueniēs est ut sit et filii natura mater: nō quā tum p̄tinet ad eandem reciprocā substā- tiam: ut homo de homine: caro de carne: ma- ter a filio: filii a matre: nō ad vnitatē p̄sonae sed ad vnitatē corporalis nature et substātia.

**3.** Si em vnitatē facere p̄t gratia sine p̄pri- etate specialis naturē: quātum magis vbi gra- tie vnitas et corporis specialis ē natuitas.

**Job. 17.** Unitas nāq; gratiē est: ut discipulorum in christo de quibus ipse dixit: Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti mibi ut sint vnum sicut et nos. Et item de omni- bus iustis: Mō autē p̄ his rogo tantū: sed et p̄ eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes vnum sint sicut et tu pater in me: et ego in te: hoc est ut ipsi sint p̄ gratiā quod nos sum⁹ p̄ diuinitatis naturā. Hęc quippe gratiē vnitas quę cunctis in chri- stum credentibus seruat: si marię nec min⁹ sapientiū estimatione non tollitur: quanto magis cū gratiē vnitate ipsa specialitas na- turę efficit vnum matrē et filium: filiū et ma- trem: Videlicet etiam est qđ de his quos se- cum p̄ gratiam vnu esse voluit cōsequēter adiungit. Ait em: Pater quos dedisti mibi volo ut vbi ego sum et illi sint mecum: ut vi- deant claritatē quā dedisti mibi. O magnā et inestimabilē bonitatem dei: qui secū suos habere in gloria vult ut sua claritate fru- ant: qui hic sua fide iūcti: vnu cum eo esse digni iudican. Si ḡz scū eos habere vult: atq; hoc potest qui omnia potest: quid esti mandum est de matre vbi digna sit habe-

**Ca. 8.** ri si non in p̄sentia filij. Quantum igit; con- tueor: quantum intelligo: quantumq; cre- do: marię anima claritate christi frui: et glo- riosis conspectibus eius semper inhērente si- tiens et semp conspicieis: dum inestimabili- ter pascitur: excellētiori quadā specialiq; p̄- rogatiua a filio honorat: possidens in chri- sto corpus suum qđ genuit glorificatum in dextera patris: et si nō suum p̄ quod genuit: tamen suū quod genuit. Et quare nō suum per qđ genuit? Si nō obuiauerit neqdū p̄ specia auctoritas: vere credo et per quod ge- nuit: quia tanta sanctificatio dignior celo ē

qđ terra: Thronum dei: thalamum celi do- mini: tabernaculum christi: dignum est ibi esse vbi ipse est. Tam p̄ciosum thesaurū di- gnius est celum seruare qđ terram: tantā in- tegritatem merito incorruptibilitas nō pu- tredinis vlla resolutio sequit. Illud ergo sa- cratissimū corpus de quo christus carnē as- sumpsit et diuinā naturā humanę inviuit: nō amittens quod erat: sed assumēs quod nō erat: ut verbum caro: hoc ē deus homo fie- ret: escam vermis traditum: quia sentire non valeo: dicere pertimesco: in cōmuni for- te putredinis futurū de vermis pulue- rem. De quo si nihil aliud sentirem qđ de p̄- prio: nihil dicere nisi quēadmodū de p̄prio: qđ absq; vlla ambiguitate soluēdum est in mortem: post mortē est futurū putredo: post putredinem vermis: post verme ut dignū est abiectissimus puluis. Quod de maria credēdum nō videf consentibile: quia esti- mationem procul pellit munus incompa- rabilis gratiē. Quod me dicere multaq; cō- sideratio rex inuitat: qđū et illa qđā est quā suis aliquādo ministris ipa v̄itas ait: Qui mihi ministrat me seq̄: et vbi ego sū: illic et minister meus erit. Si em hęc est genera- lis sententia omnium p̄ fidem et p̄iam ope- rationem christo ministrantium: quātoma- gis quodāmodo et specialiter marie. Ada- riā namq; operis exhibitione et fidei fidissi- ma veritate ministrā christi fuisse ois q̄ sane sapit intelligit. Absq; dubio em opere ad- ministratrix extitit: quę hūc in vtero gessit partuq; pfusū aluit et fouit: atq; vt euange- lium refert: i p̄sepe reclinavit: et a facie hero- dis fugiens in egyptū abscondit: et omnem infantiam et p̄ matris affectu est p̄secu- ta: ita ut vloq; ad crucē in qua filiū vidit p̄e. dentem iam virū pfectum: ab eius indubi- tanter nō recesserit cōflectatu: non solū gres- fibus pedum tanq; pro reuerentia dei: ve- rū etiam et imitatiōis affectu. Maria ergo ministratrix christi spiritalium operū quali- tatis: sicut deuotissima extitit: ita absq; dubio religiōis fide et verę credulitatē cha- ritate secutrix fuit. Non em potuit ei⁹ diu- nitatis nō esse credula: quę se nouerat hūc nō virili semine scdm ordinē nature: sed di- uino spiramine nunciante archangelo cōce- pisse: videns semper famulantiū angelorū ei adesse frequentiam ut nascituro et nato: quādo videlicet facta est cum angelo multi-

# Sancti

# Augustini

tudo celestis exercit⁹ clamati⁹ et dicētū:  
**Luc. 2.** Gloria in excelsis deo: ⁊ i terra pax homini-  
bus bonę voluntatis: ⁊ in egyptiū fugituro  
atq; inde iterū redituro. Quib⁹ liquido co-  
gnoscere potuit: quia talia obsequia nō nisi  
**Matt. 2.** deū decuerāt. Unde ⁊ stellę annūciatio: et  
magorum de longissimis partibus inspera-  
ta adductio q̄ maximū illi extitit indicium  
**Luc. 2.** veritat⁹. Similiter ⁊ simeonis ⁊ annę pphe-  
tali dignitate insolit⁹ cctus: ⁊ huic specialis  
occursus: Quę omnia, pcul dubio maria cō-  
seruās his cūctis altius ad fidem roborata  
pīo corde cōferebat: intantū vt omnino nō  
nutabunda: sed certa de fili⁹ p̄tate tanq; de  
**Io. 2.** dei virtute vera deficiente in nuptijs vno  
dixerit: qz vinū nō habent: sciens plane illū  
hoc potuisse qd cū mox cōtigit diuino mira-  
culo cōpleuisse. Ecce igē maria fide et ope  
christi ministratrix: ⁊ deuota vſeg ad mortē  
eius securitrix: nō plus gressu q̄ imitatiōis:  
vt credendū est: affectu: si ibi nō fuerit vbi  
christus suos ministros vult esse: vbi ergo  
erit? Et si ibi: nunquid equali gratia? Et si  
**Matt. 16.** non equali: vbi equa dei censura que vni-  
cūq; reddit scdm sua merita? Si ergo me-  
rito p̄t omnibus marie viuenti donata est  
gratia: mortuę erit minuēda. Absit: Quia  
si omnium sanctorū mors est preciosa: ma-  
rie sane est preciosissima: quam tanta comi-  
tata est gratia: vt mater dei dicatur et sit.  
**Ad Consideratis** igitur vniuersis: vera ratio-  
**Ca. 10.** ne censeo confitendum mariā in christo et  
apud christum esse. In christo: qz in ipso vi-  
**Act. 17.** niūmus: mouemur et sumus. Apud christū  
gloriose ad eternitatis gaudia assumptam  
benignitate christi et honorate suscepitam  
p̄ceteris quam gratia honorauit p̄t ceteris:  
atq; ad communem humilitatem non  
esse adductam post mortem purredinis vi-  
delicer vermis ⁊ pulueris: que suum ⁊ om-  
**Luc. 21.** niūm genuit saluatorem. In cuius si po-  
testate est sanctorum de capite capillum non  
perire: est ⁊ illam anima ⁊ corpore integrā  
posse seruare. De cuius potestate si nullus  
dubitat ecclesiasticorum quin possit matrē  
sine corruptione in perpetuum seruare: cur  
dubitandum est voluisse qd attinet ad tan-  
tam benignitatis gratiā? Si elegit diuina  
voluntas sola gratia inter crepidates vehe-  
**Daniel. 3.** mentiū ignisi flamas non solum puerū  
corporis seruare illęsa: yetuetiam vestimen-

ta seruare inusta: cur abnuat i matre p̄pria  
qd elegit in ueste aliena? Bonam seruare in **Io. 2.**  
ventre ceti p̄ter naturalē vsum voluit incor-  
ruptū sola misericordia: mariā incorruptā  
p̄ter naturā nō seruabit gratia: Seruatus  
est daniel datus imperatissimē fami leo- **Daniel. 6.**  
nū: nō seruanda est maria tōtis donata me **et. 14.**  
ritis dignitatū: hęc cuncta que dixim⁹: qz  
naturā seruantia nō cognoscimus: in marie  
integritate plus potuisse gratiā q̄ naturā  
nō dubitam⁹. Diuinitatis em opa sūt que  
dicimus: ⁊ ideo possibilia qz omnipotētia.  
Christus ergo dei virtus ⁊ dei sapientia cui⁹ **1. Cor. 1.**  
sunt omnia q̄ patris sunt ⁊ velle: Elle aut̄  
omnia que sunt iusta ⁊ digna: ⁊ p̄ hoc vidē-  
tur digna: letari facit mariā leticia inenar-  
abili anima ⁊ corpore in p̄prio filio cū p̄-  
prio filio p̄ p̄priū filiu: nec vllam sequi de-  
bere corruptionis erumna quā nulla secuta  
est tantum filiū parturiēdo integratatis cor-  
ruptionio: vt sit semp incorrupta quā tanta p̄-  
fudit gratia: sit integraliter viuens que om-  
niū integrā pfectāq; genuit vitam: sit cum  
illo que in suo gessit vtero: sit apud illū illa  
que genuit: souit ⁊ aluit illum: maria dei ge-  
nitrix: dei nutrix: dei ministratrix et dei le-  
cutrix: de qua vt iam dixi: quia aliter senti-  
re nō audeo: aliter dicere nō p̄sumo. Susci- **R**  
piat igit hęc sensum fraterna charitas: fm  
qz spirit⁹ christi inspiravit. Ostēla sunt ex  
parte que taliter horata sūt me dicere. Si  
quis autē refragare his elegerit: cū dicere  
nō velit hoc nō possechristum: p̄ferat qua-  
re nō conueniat velle: ac p̄ hoc non esse. Et  
cum se veraciter cōsilii dei de his nosce ma-  
nifestauerit: incipiā ḡedere: de quib⁹ aliter  
nō possum sentire. Mirabor illum altitudi-  
nem cōsiliū diuini inestigasse: quā me cum  
apostolo digna reueētia videor debere ad  
mirari dicente: O altitudo diuinitatū sapiē- **Ro. 11.**  
tię ⁊ scientię dei: q̄ incōprehēsibilis sunt iu-  
dicia eius: ⁊ inestigabiles vię eius. Et qz  
scdm eūdem apostolū: ex parte cognosci **1. Cor. 15.**  
mus ⁊ ex parte p̄phetamus: dixi de his: et  
si nō quantū est: tamen quēadmodum me  
dicere debuisse credidi. Si ergo vera sunt q̄  
scripsi: tibi gratias ago christe: quia de san-  
cta v̄gine matre tua nū qd pium: dignū ⁊  
iustum est sentire nō potui. Si ergo dixi vt  
debui: approba christe tu ⁊ tui. Si autē nō  
vt debui: ignosc obsecro tu ⁊ tui: Qui cū

# Ser. XXXV. De Assumptioe Marie Ser. II

deo patre et spiritali sancto viuis t regnas  
deus g omnia secula seculorum Amen.

er. XXXV. In eodem festo: Sermo II

**A**dest nobis dilectissimi fratres dies valde venerabilis: dies omnium sanctorum solennitates precelens. Adest inquit dies induta: dies pectoralis: dies in qua e mundo migrasse creditur virgo maria. Et ideo laudes intonet universa terra cum summa exultatione tantum virginis illustrata excessu: quod indignum valde est ut illius recordationis solennitas sit apud nos sine maximo honore: per quam meruimus auctorem virte suscipere. Satışq; p̄postorum iudicandum est: ut cū sanctorum celebramus victorias martyrum: illius solennitatem illis non preferamus que huic mundo edidit principem martyrum. In hac siquidem die competenter spōso illi cœlesti p̄clamat beata virgo: Tenuisti manum dexteram meā: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assumpsti me. Ille die inquit et ipsa a spōso filio et domino congrue audiuit: Jam hyems traxit: imber abiit et recessit: Surge proxima mea: spōsa mea: colubra mea.

**B**ut veni. Hec ideo dicimus fratres: quia sicut iam in consuetudinem suscepit ecclesia: hodierna die ad celos assumpta fuisse credit virgo maria. Sed quo ordine hinc ad superna transferit regna: nulla catholica narrat historia. Non solum autem resuere apocrypha: verisimiliter ignorare dicuntur hec eadem ecclesia. Siquidem sunt nonnulla sine auctoris nomine de eius assumptione cōscripta: que ut dixi ita caueatur: ut ad confirmandam rei veritatem legi minime permittantur. Hinc sane pulsantur nonnulli: quia nec corpus eius in terra inuenitur: nec assumptio eius cum carne ut in apocrypha legit: i catholica reperiēt historia. Quibus dicendum est: quia si moysi corpus non inuenitur ab homine in terris cum quo locutus est deus facie ad faciem: illius querere dementem est: per quam idem maiestatis deus incarnatus effulgit in terris. Neque enim dignum est de corporis eius noticia sollicitum quēpiam esse: quam non dubitat super celos eleuaram cū

christo regnare. Sufficere debet tantum noticie humanae hanc vere fateri reginā celorum: pro eo q̄ regem peperit angelorum. Sed nec inuenitur apud latinos C aliquis tractatorum de eius morte quipiam dixisse aperte. Nam illū euāgelij versiculū quem simeon dixit ad domini matrem: Et tuam ipsius animā pertransibit **Luc. 2.** gladiū: beatę recordationis ambrosi cū tractaret: ait: Nec historia nec littera docet mariam gladio vitam finisse. Hinc et Isidorus: Incertū inquit p̄ hoc dictum utrum gladium spiritus an gladiū significet persecutionis. Et quid de his de quibus loquor dicam: cum nec ipse qui hanc accepit ante crucem domini in sua: id est **Job. 19.** iohannes euāgelistā de hoc posteris aliquid retinendum scriptis mandauerit: Nullus enim hoc fidelius narrare potuit si illud deus manifestare voluisse: q̄ ille utiq; qui hāc nutriendam suscepit: nec contra morem filius matrem reliquit. Restat ergo ut homo mendaciter non fingat apertum quod deus voluit manere oculū. Tera autē de eius assumptione sententia hec esse probat: ut scdm apostolum: **2. Cor. 12.** siue in corpore siue extra corpus ignorantes: assumptā super angelos eam esse credamus. His igitur p̄missis: loquamur D aliquid in laudib⁹ sacratissime virginis. Sed quid nos tantilli: quid actione pusilli: quid in eius laudibus referemus: cū et si omnium nostrum membra verterentur in linguas: eā laudare sufficeret nullus. Altior celo est de qua loquimur: abysso profundior cui laudes dicere conamur. Hec est enim quę sola meruit mater et spōsa vocari. Hec prima matris damna resoluta: hec omni perditō redēptionem adduxit. Mater enim generis nostri penā **Gen. 5.** intulit mundo: genitrix domini nostri salutem edidit mundo. Auctrix peccati eua: E auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria iuificando profuit. Illa persecutissima: ista sanauit. Hec enim mirabili artis inestimabili modo omnium rerū et suis perperit salvatōrem. Quę hec virgo tā sancta ad quam venire dignaret spiritus sanctus? Quę tam speciosa: ut eam de sibi eligere posset spōsam? Quę tam casta ut esse posset virgo post partum? Hec est dei templum;

## Sancti

## Augustini

**Lxxii. 4.** fons ille signat<sup>o</sup>: t porta i domo dei dat/  
**Heb. 4.4.** sa. Ad hanc nāq; vt dixi spiritus sanctus  
descendit: hanc virtus altissimi obumbris  
sunt. Hec est immaculata coitu: secūda par-  
tu: virgo lactēs: angelorum et hominum  
cibum nutrēs. Abserto namq; beata sin-  
gulari a nobis p̄conio extollitur: que sin-  
gulare cōmertum mundo s̄buit. Deniq;  
tantū se ad celi fastigia subleuauit: vt ver-  
bum in principio apud deum: de signa  
celi arce susciperet. O felix maria: t omni  
laude dignissima. O virgo dei genitrix  
gloriosa: o sublimis puerpera: cui<sup>o</sup> visce-  
**Ex. 2.** ribus auctor celi terreq; cōmittit. O felic-  
ia oscula lactēta labijs impressa: cū in-  
ter crebra indicia reptantis infantie: vt  
poterit ex te filius tibi matri allude-  
ret: cū verus ex patre dominus impera-  
ret. Nam auctorem tuū ipsa concipiens  
edidisti in tempore puberem quē habe-  
bas ante tempora conditorē. O felix pu-  
erperium: letabile angelis: optabile san-  
ctis: necessarium perditis: cōgruum, p̄st-  
gatis. Qui post multas assumptę carnis  
iniurias: t ad ultimū verberatus flagris:  
**Matth. 27.** potatus felle: affixus patibulo: vt te  
veram matrem ostenderet: verum se homi-  
nem patiendo monstrauit. Sed quid di-  
cam pauper ingenio: cum de te quicquid  
dixerit minor laus est q; dignitas tua me  
retur? Si cēlum te vocē: altior es. Si ma-  
trem gentium dicam: p̄cedis. Si formam  
dei appelle: digna existis. Si dominā  
angelorum vocitem: per omnia te esse p̄-  
baris. Quid ergo de te digne dicā: quid  
referam: cum non sufficiat lingua carnis  
tuas enarrare virtutes: has interim lau-  
des sileat lingua carnis: quas semp ardē-  
ter p̄fert anima: Huc nostras peto vt cu-  
res doctrinarum tuarū demulceas orga-  
nis. Plaudat nunc tympanis scena tuis  
t veloces articulos puerperē cōcrepent.  
Concinant letantes choi: t alternantib;  
modulis dulcisona carmina misceantur.  
Audiamus fratres: audiam<sup>o</sup> pio mentis  
affectu: audiam<sup>o</sup> quēadmodū tympani-  
striarum doctrinis cōcrepet beata virgo  
maria. Audiam<sup>o</sup> inquit: t huic harmonicē  
mōribus respondeamus. Deniq; cū hec  
mulier beatissima ab angelo iam saluta-  
ta: spiritus sancto repleta: plenitudine di-

uinitatis afflata: ad belisaber venisset co-  
gnatam: post exultationem iohannis in  
vtero mfis: hec dñs decātauit cātica lau-  
dis: Magnificat alia mea dñs: Et exulta **Lxx. 1.**  
vit sp̄s me<sup>o</sup> in deo salutari meo. Primo t  
igil in hoc loco querēdū ē: qd sit magnifi-  
care dñs: Nec ē magn<sup>o</sup> sit a creatura  
creator. Sed sciendū nobis est duob<sup>o</sup> mo-  
dis dici magnificari: id est aut magnū fa-  
cere: aut magnum adorare: magnum ad-  
mirari. Magnificat enim deus a nobis:  
cum magnificari dignatur a nobis. Sed  
nunquid sic in nobis sicut in beata maria  
eandem carnem assumpsit p̄ nobis? Aue  
